SELECTÆ DEVOTIONES

AD

PROVIDENTIAM DIVINAM

CHRISTUM CRUCIFIXUM

ET

SANCTOS PATRONOS

Pluribus Officiis & Orationibus

AUCTÆ.

POSNANIÆ,
Typis Collegii Societatis JESU
MDCCXVII.

Ne dicas coram Angelo: Non est Providentia: ne forte iratus DEUS contra sermones tuos, dissipet cuncta opera manuum tuarum. Eccl: 5. v. 5.

PRÆFATIO AD DEVOTUM LECTOREM

PRovidentia Divina *per ſingulos dies ita in nos ſe manifeſtat, ut latere poſſit neminem*, *etiam ſimpliciſſimum: quidquid enim intuetur homo, quocunq; ſe vertit, ac conjicit oculos: ubique effectus* Divinæ Providentiæ *deprehendit. Si in vaſtas, ſtelliſque decoras Cœli regiones lumen attollat, quid aliud quàm* PROVIDENTIAM *intuebitur? cùm hæc micantia ſidera ad hominem edocendum, quòd in ejus commodum creata ſint, lumen præbere videantur, Cernat* volatilia Cœli (*nè*

de majoribus creaturis loquar) quàm multifariis coloribus exornata, singulari DEI PROVIDENTIA *omnia necessaria consequantur;* Non seminant, non metunt, neque congregant in horrea, attamen Pater Cælestis pascit illa, (a) *Abjectissimos volucrum aspiciat passeres, quomodo illis DEUS provideat;* Nonne (*ait Christus*) quinque Passeres veneunt dipondio, & unus ex illis non est in oblivione coram DEO. (b) *Nolo quidquam dicere de homine, cui tot, & tantis gratiis, bonis Inspirationibus præstanti ingenio, Sacramentis, Angelo Custode, Ministri ad instar, multisque aliis donis abundantissimè providit. Præterea perpendatur summa hominis Majestas, in cujus gratiam cætera omnes inferiores creaturæ aluntur & conser-*

(a) Matth: (b) Luc: 12. ℣ 6.

servantur Omnia (*ait Psalm:*) subjecisti sub pedibus ejus(a) *Unde tanta non est in inferiores creaturas, quanta in hominem* Providentia. *At quanquam nihil magis eâ eluceat, cæcitas tamen, & ingratitudo hominis tanta est, ut illam parvi, nè dicam, nihili prorsus pendat, verbis quidem eam confitetur, sed opere denegat; vix enim ullibi locorum specialis in* DIVINAM PROVIDENTIAM *cultus; aut singulare monumentum reperitur. Nos hoc in puncto pudore afficiunt irrationales creaturæ, volucres ratione carentes inter sese laudes* DEO *ad æmulationem concinunt, &* PROVIDENTIÆ *ejus incessantes gratias referunt. Multi pisces ad jubar solis ex aquis prosilientes, fulgentes squammas exerunt, quasi earum splendorem* Provisori

 suo

(a) Psalm: 8.

suo grati offerre vellent. Flores oré carent, & tamen sua ad ortum solis variegata folia per modum oris dilatant, quasi taciturnâ loquelâ Creatori *suo grates referre anhelarent. Homo solus, cui magis omnibus creaturis à DEO provisum, loqui valens conticet? O utinam taceret! & de* PROVIDENTIA *debitè loqui intermittens, de Ea saltem malè non proferret! At proh dolor! quàm sæpe contra hoc Divinum Attributum homines agere, verbaque facere vidimus? Mercator superatis omnibus maris periculis, domum pretiosis dicatus mercibus felix redux, faventi auræ, nautarumque dexteritati suum prosperum adscribit reditum.* Miles *reportatam Victoriam generositati suæ,* Pauper *virgo opulentas nuptias pulchritudini, & sublimi ingenio. In* Officio *constitutus, sui promotio-*

motionem meritis suis, scientiæ, dignitati, Amicis & patronis. Dives augmentum substantiæ blandienti Fortunæ. In pristinam sanitatem restitutus prudenti Medico valetudinem optimisque pharmacis attribuit; verbo: quidquid læti evenit; id non DIVINÆ PROVIDENTIÆ *sed humanæ felicitati adscribitur. Severè DEVS per Isaiam loquentem minatur: Vos,* qui relequistis Dominum qui ponitis Fortunæ mensam, & libatis super eam; numerabo vos in gladio, & omnes in cœde corruetis. *Si è contra aliquis in paupertatem, vel infirmitatem labitur, aut sterilitate, grandine, nivibus, glacie, incendio exundatione, bello, inimicorum invidiâ, aliquid patitur, expectatumque eventum non assequitur is*
 suo

suo id infortunio imputat, nesciens quod ignis grando, nix glacies spiritus procellarum faciunt verbum DEI. *Adversa etiam, dona DEI esse, & frequenter præ prosperis magis proficua è manibus providentissimi DEI emanare, dixit enim Dominus* cum ipso Sum in tribulatione, *non meminit, inquam, quòd non sit malum in Civitate, quod non fecerit Dominus: Dominus enim mortificat, & vivificat, deducit ad inferos, & reducit Dominus pauperem, facit & ditat humiliat & sublevat: Oblivioni tradit, quòd DEUS adeò hominis satagat, ut non tantùm ejus proficuorum, sed etiam minùs necessariorum, uti capillorum curam habeat; nec absque permissione sua ullus ex illis de capite decidere possit. O abominanda Idola! quæ os habent, & non loquuntur oculos habent, & non vident!*

ô cæ-

ô cæcutientes noctuæ splendore manifestæ PROVIDENTIÆ *undiq; illuminatæ; nihil tamen videntes! Ne Tu benevole Lector istorum errorem imiteris, vel si hactenus imitatus es, ut eò citiùs has ab oculis tenebras excutias: en Tibi non tantùm* DIVINAM PROVIDENTIAM *agnoscendi, & devotissimè ejus cultum honorandi; sed etiam (prout perlectis his pauculis foliis percipere poteris) tam in hac vita, quàm agone, & post mortem Tuæ animæ providendi offertur occasio.* Vale.

OB-

OBLIGATIONES
Fratrum & Sororum Confraternitatis,
Sub Titulo
PROVIDENTIÆ DIVINÆ

I.

FRatres & Sorores obligantur (non tamen ſub peccato) quovis die ter Pater , orare : unum in honorem DEI Patris , qui in Creatione mundi ſua Virtute omnibus providit. Secundum, in honorem Filij. qui omnibus providit in Redemptione.

Tertium , in honorem *Spiritûs Sancti* qui ſui miſſione, & inſpiratio-

ne omnibus providit. Qui addiſce-re poteſt; hæc verba adder:

Gloria Patri, qui nos creavit: Gloria Filio, qui nos redemit: Gloria ſummæ, & individuæ Trinitati DEO noſtro in ſæcula ſæculorum, Amen.

Qui hæc verba capere non poteſt: ille tantùm hæc verba addet: Gloria Patri & Filio, & Spiritui *S.* Sicut erat in Principio, & nunc & ſemper, & in ſæcula ſæculorum, Amen.

II.

FRatres, & Sorores quovis menſe unum Sacrum in honorem, & gloriam DIVINÆ PROVIDENTIÆ audire, & ſi Sacerdotes ſunt, celebrare, obligantur: tempore autem hujus Sacri Litanias de DIVINA PROVIDENTIA recitare poſſunt; qui legere ſciunt. Alij

autem tantum prædictas Orationes.

III.

QUando quis Fratrum, vel *So*rorum moritur, quinque Pater pro illius anima orare quisque tenetur, & si possibile est in Capellá DIVINÆ PROVIDENTIÆ *S*acrum audire, si verò Sacerdos est, legere.

IV.

SI Fratres & Sorores non procul à Capella distantes legitimè non impediuntur, constitutis diebus ad Capellam convenire debent.

INDULGENTIÆ,

Fratribus & Sororibus in Confraternitate.

Sub

Sub Titulo

PROVIDENTIÆ DIVINÆ

In Capella Magno Kuntzicensi inchoata, à

Sanctissimo Patre Papa

INNOCENTIO XI

concessæ.

I.

QUocunque die aliquis hanc Confraternitatem sub titulo: DIVINÆ PROVIDENTIÆ ingreditur, & se inscribi curat, si verum suorum peccatorum dolorem habet, ea confitetur, & Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum sumit; plenarias suorum peccatorum Indulgentias consequitur.

II.

QUisque Frater, vel Sororum in agone verè de peccatis suis dolens, si ea confitetur; quod si confiteri non possit, saltem de suis peccatis dolorem habens, nomen JESU ore, vel casu quod ore id præstare nequeat, saltem corde invocet; similiter plenerias omnium peccatorum suorom Indulgentias assequitur.

III.

QUicunque Frater, vel Soror, in Capella PROVIDENTIÆ DIVINÆ semel in anno & id sexto Dominico post Pentecosten (qui dies titularis hujus Confraternitatis est) pro Christianorum Principum concordia, Hæresis Extirpatione, & Sanctæ Matris Ecclesiæ exaltatione, devotè oraverit; plenariam omni-

omnium ſuorum peccatorum Indulgentias conſequitur.

IV.

QUicunque Frater, vel Soror; conſtitutis quatuor in anno diebus nempe S. Stephani, Lunæ Paſchatis, Sanctorum Petri & Pauli, ac Sanctæ Hedvigis die, Capellam DIVINÆ PROVIDENTIÆ viſitaverit, ibique ut præfatum eſt, oraverit; ſeptem annorum & tot quadragenarum Indulgentias obtinet.

V.

QUandocunque hujus Confraternitatis Frater, vel Soror, in Capella PROVIDENTIÆ DIVINÆ Sacrum audiet, vel cuicunque alij devotioni, Fratrum vel Sororum Congregationi Præſens aderit; quandocunque pauperes nocturno hoſpitio excipiet; Pacem inter

Ini-

Inimicos, vel ipſemet, vel per alium faciet, Funus Fratris, Sororis, vel cujuscunque comitatur; ad Proceſſionem ſe conferet; Venerabile *Sa*cramentum, ſive in Proceſſione, ſive quocunque alio ſequetur; vel ſi id exequi non poteſt; ſaltem, dum Campanâ ſignum datur, flectet, & unum Pater & Ave Maria orabit? vel quotieſcunque quinque Pater, & Ave Maria, pro animabus defunctorum Fratrum, vel *S*ororum perſolvet; aut quandoque errantem ad viam ſalutis reducet; ignorantes Præcepta DEI, & quæ illis ad ſalutem neceſſaria ſunt, docebit; verbo: quandocunque & qualecunque devotionis, & charitatis opus exercebit, toties pro quolibet præfato opere, ſexaginta dierum de ſibi iniunctis, ſeu alias quomodolibet debitis pænitentiis in for-

ma

ma Ecclesiæ consveta Indulgentias consequetur.

VI.

QUicunque Sacerdotum Sacrum pro mortuo Fratre vel Sorore die commemorationis omnium animarum. & quovis die per totam Octavam, ac semel in Septimana, idque Feriâ quartâ, ad magnum Altare in Capella PROVIDENTIÆ DIVINÆ celebrabit; illa anima ex thesauro Ecclesiæ plenarias peccatorum Indulgentias consequetur: ita ut per merita Christi, B. V. Mariæ, & Omnium Sanctorum è pœnis Purgatorii mox liberetur.

PROFESSIO.

EGo N. N. DEO meo uni & Trino, propter ejus multifariam hactenus mihi exhibitam PROVIDEN-

DENTIAM me obligatissimum pro fiteor, & recognosco: Patri Creatori: quod in Creatione suâ omnipotentiâ me ex nihilo eduxerit, & donis naturæ abundantissimè ditaverit? Filio Salvatori quod sua amatissima Passione me ex inferno exemerit & media ad salutem necessaria mihi misericordissimè suppeditaverit. Spiritui S, Sanctificatori, quod mè sua bonitate è peccati, & ignorantiæ tenebris benignissime extraxerit, & continuis inspirationibus ac gratiis adjuverit. Idcirco in gratiaram actionem pro tantis præceptis beneficiis me Divinæ PROVIDENTIÆ humillimè submitto, hanc adoro & in librum Confraternitatis honori ejus erectæ submississimè inscribi peto, firmiter proponens me regulas, sive obligátiones Confraternitatis hujus pro posse

posse persoluturum, fiducialiterque sperans, quod dum hic inscribor, in Libro quoque Electorum me inscribere, & æterna beatitudine mihi providere dignabitur Deus Omnipotens.

Oratio à Sacerdote super suscepto Confratre dicenda.

DEus qui Creaturarum tuarum voluntatem, & corda respicis earundemque actionibus meritum tribuis, oculis clementiæ Tuæ tuum N. N. qui tuam Paternam Protectionem agnoscens totum se Providentiæ Tuæ submittit, benignissimè respice, & Providentiâ Tuâ misericorditer effice; ut hi resignationis cæterique omnes ejus actus & cogitationes ad majorem Tui Nominis gloriam, ipsiusq; salutem dirigantur. Per Christum Dominum nostrum, Amen

OFFICIUM PARVUM DE DIVINA PROVIDENTIA,

AD MATUTINUM.

Adoremus Providentiam Altissimi: Nos populus, & oves pascuæ ejus.

℣. Domine Labia mea aperies,

℟. Et os meum annuntiabit &c.

℣. Deus in adjutorium meum &c.

℟. Domine ad adjuvandum &c.

℣. Gloria Patri & Filio & Spiritui S.

℟. Sicut erat in principio &c.

HYMNUS.

Æterne Rector siderum,
Qui, quidquid est, Potentiâ
Magnâ creasti, nec regis
Minore Providentiâ.
Te turba prædicat famens,
Trina die tecum manens,
Quam pascis auctis panibus,

Rem

Rem plurimis stupentibus,
Panis deest cibus,
Sed providus Pastor fidus
Patra quae mirabilia
Satiando multa millia.

ANTIPHONA.

Nolite soliciti esse dicentes: quid manducabimus, aut quid bibemus: scit enim Pater vester Cælestis, quid vobis necesse sit. *Matth:* 5.

℣. Jacta super Dominum curam tuam, & ipse te enutriet.

℟. Non dabit in æternum fluctuationem justo.

℣. Domine exaudi orationem meam

℟. Et clamor meus ad te veniat.

OREMUS.

DEUS, cujus Providentia in sui dispositione non fallitur, te supplices exoramus: ut noxia cuncta submoveas, & omnia nobis profutura con-

concedas. Per Dominum nostrum Amen.

AD PRIMAM.

Adoremus Providentiam Altissimi Nos populus: &c. *cum reliquis ut supra in Matutino.*

HYMNUS.

TU Pastor es famentium,
TU Dux es exerrantium,
Tu medicus ægrotantium,
Tu sidus es natantium,
In rebus es spes perditis,
Redemptor in divenditis,
Tu nos juvas in prosperis,
Nec in periclis deseris.
Ditas egenos, advenas
Foves, pupillos recreas.
Viduas paternè protegis,
Omnes benignè contegis.

ANTIPHONA.

Dominus custodit advenas, pupillum

pillum, & viduam suscipit, *Psal:* 45.

℣. Iste pauper clamavit, & Dominus exaudavit eum.

℟. Et de omnibus tribulationibus ejus salvavit eum.

℣. Domine exaudi orationem meam

℟. Et clamer meus ad te veniat.

ORATIO.

Deus, cujus Providentia in sui dispositione &c. *ut suprà.*

AD TERTIAM.

Adoremus, &c. *cum reliquis ut suprà in Matutino.*

HYNNUS.

SIti peremptus Ismàél,
Inter leones Daniel,
Junior Tobias in itinere,
Joseph vocat te in carcere,
Sed quid vocare gestiunt,
Adesse quem mox sentiunt:
Præbes aquam, fauces premis,

Mon-

Monstras viam, vinculo eximis.
Ex corde te precantibus
Succurris, adstas omnibus,
Vis colligari in vinculis,
Optas adesse singulis.

ANTIPHONA.

Clamabit ad me, & ego exaudiam eum, cum ipso sum in tribulatione, eripiam eum, & glorificabo eum. *Psal:* 90.

℣. Prope est *Dominus* invocantibus eum.

℟. Omnibus invocantibus eum in veritate.

℟. *Domine* exaudi &c:

ORATIO.

Deus, cujus &c. *ut suprà.*

AD SEXTAM

Adoremus &c. *cum reliquis ut supra in Matutino:*

HYMNUS.

O Pro-

O Provida ſapientia,
Sapienſque Providentia.
Tu tangis omne fortiter,
Diſponis omne ſvaviter,
Videmus axis cardinem.
Mariſque certum marginem,
Mundi ſtupemus ordinem,
Rei creatæ imaginem:
Quid tellus, axis, æquora?
Mariſque certa littora?
Quid cuncta clamant Entia?
Te mira providentia.

ANTIPHONA.

Ne dederis cor tuum, ut peccare facias carnem tuam, neque dicas coram Angelo: non eſt Providentia. *Eccl.* 5.

℣. Cæli enarrant gloriam DEI.
℟. Et opera manuum ejus annuntiant firmamentum.
℣. Domine exaudi, &c.

ORATIO.

Deus, cujus &c. *ut ſupra.*

AD NONAM.

Adoramus, &c. *cum reliquis ut ſupra in Matutino.*

HYMNUS.

QUodcunque repit in ſolo,
Quodcunque volitat in Polo
Et quod movetur in æquore,
Te toto adorat pectore,
Te, quotquot auram pervolant,
Aves fatentur, quas tuâ
Nutris ſinè harum prævio
Labore, Providentiâ.
Non deſtruit, non obruit,
Quando halcyon ſibi ſtruit
Nidum, unda, vel fluctus máris:
Et ille fit curæ paris.

ANTIPHONA.

Reſpicite volatilia cœli, quoniam non ſerunt, neque metunt, neque con-

congregant in horrea, & Pater vester Cœlestis pascit illa. *Matth:* 6.

℣. Oculi omnium in Te sperant Domine.

℟. Et Tu das escam illorum in tempore opportuno.

℣. Doimne exaudi orationem &c.

ORATIO.

Deus cujus &c. *ut supra.*

AD VESPERAS.

Adoremus &c. *cum reliquis ut supra in Matutino.*

HYMNUS.

AUrora dum spargit polum
Ros vestit, ut gemmæ, solum
Notam facias DEUS Tuam.
Ipsi inde Providentiam
Per gurgites natantibus.
Tu provides, & piscibus,
Quos pascis omnes congruo
Ex axe victu depluo.

Tu motor es moventium.
Tu Spiritus viventium,
Director ordinantium.
Provisor almus omnium.

ANTIPHONA.

Laudate Dominum, qui dat jumentis escam ipsorum, & pullis corvorum invocantibus eum, *Psal:146.*

℣. Aperis tu Domine manum tuam
℟. Et imples omne animal benedictione
℣. Domine exaudi orationem meam
℟, Et clamor meus ad te veniat.

ORATIO.

Deus cujus &c *ut supra.*

AD COMPLETORIUM.

Adoremus Providentiam Altissimi: Nos populus, & oves pascuæ ejus.

℣. Converte nos Deus salutaris noster
℟. Et averte iram tuam à nobis

℣. Deus

℣. Deus in adjutorium meum intende

℟. Domine ad adjuvandum me festina

℣. Gloria Patri & Filio, & Spiritui S,

℟. Sicut erat in principio, & nunc & semper & in sæcula, sæculorum, A.

HYMNUS.

TU, quæ gubernas omnia,
Regisque Providentia,
Piâcla nostra dilue,
Virtutis actus instrue,
Quod est futurum, prævidens,
Præsens quod est huic providens,
Largire quidquid prosperum,
Et tolle quidquid noxium.
Laus sit Patri potentiâ,
Laus Filio Sapientiâ.
Laus Pneumati influentiâ
Orbem regenti in sæcula.

ANTIPHONA.

Omnem ſolicitudinem veſtram projicite in Deum, quoniam ipſi cura eſt de vobis: 1. *Petr:* 5,

℣. Cuſtodi nos Domine ut pupillam oculi,

℟. Sub umbra alarum tuarum protege nos.

℣. Domine exaudi orationem meam

℟. Et clamor meus ad te veniat.

OREMUS.

DEus, cujus Providentia in ſui diſpoſitione non fallitur, te ſupplices exoramus, ut noxia cunctá ſubmoveas, & omnia nobis profutura concedas, Per Dominum &c.

COMMENDATIO.

INter beatos nomina,
Quicunque laudis carmina,
Canendo PROVIDENTIÆ
Se devovent DEUS Tuæ. Amen.

LITANIÆ
De Sanctissima
DEI PROVIDENTIA.

Ex Locis Sacræ Scripturæ excerpta.

KYrie eleyson, Chryste eleyson, Kyrie eleyson.
Christe audi nos, Christe exaudi nos.
Pater qui omnibus providisti in Creatione, Miserere nobis.
Fili, qui omnibus, providisti in Redemptione- misere nobis.
Spiritus Sancte; qui omnibus providisti in Missione, miserere nobis.
Sancta Trinitas, à qua, per quam, & in qua sunt omnia: miserere nobis. *Ad Rom*: 11.
DEUS, qui tua Providentia qninque millia Virorum, quinque panibus, & duobus piscibus satiasti, *Ioan*:6
DEUS qui tuâ Providentiâ quatuor

millia ſeptem panibus, & paucis piſciculis replevisti, *Mar*: 8. miſerere
Qui in Cana Galilææ tuâ Providentiâ aquam in vinum mutaſti, miſerere nobis.
Qui Petrum carceri incluſum Tuâ Providentiâ manibus Herodis per Angelum eripuiſti. *Act*: 11. miſerere nobis.
Qui Nòé tuâ Providentiâ à communi diluvio præſervaſti, *Gen*: 8. miſerere nobis.
Qui Loth tuâ Providentia de Gomorrhæo, & Sodomitico igne eduxiſti, *Gen*: 9, miſerere nobis.
Qui ad vocem Iſmàélis ſiti emorientis oculos Agar aperuiſti, & tuâ Providentiâ per Angelum ei aquam indigitâſti, *Gen*. 12. miſerere.
Qui Joſeph à Fratribus venditum tuâ providentiâ in Ægypto exaltâ-
ſti,

sti, & per eum toti Ægypto panem providisti, *Gen:* 45.

Qui Moysen in Fiscella scirpea occlusum, & aquis positum tuâ Providentiâ conservâsti, *Exod* 2

Qui Israeli à Pharaone fugienti aquas maris tuâ Providentiâ exsiccasti, & Equitatum ejus cū curribus submersisti, *Exod:* 14

Qui Israelitis in Marath amaritudinem aquarum tuâ Providentiâ in dulcorem vertisti, *Exod:* 15.

Qui Israëlitis tuâ Providentiâ coturnices pluisti, *Exod.* 16.

Qui Israelitis in Raphidim tuâ Providentiâ aquas de petra eduxisti, *Exod:* 17.

Qui *Samsoni* siti enecto è dente molari in maxilla asini aquas tuâ Providentiâ prosilire fecisti, *Iud:* 15.

Miserere nobis,

Miserere nobis.

Qui Saul, patris asinos quærentem tuâ Providentiâ ad Samuelem perduxisti, & in Regem ab eo ungi voluisti, 1. *Reg.* 9,

Qui per inermem David tuâ Providentiâ de grandi Goliath triumphantem opprobrium ex Israel abstulisti, *Ibid:* 17.

Qui Eliam in torrente Carith tuâ Providentiâ per corvos pavisti, 3, *Reg*: 17.

Miserere nobis.

Qui per mulierem Sarephtanam, Eliam tuâ Providentiâ sinè diminutione farinæ, & olei satiâsti *Ibid: eodem*.

Qui Eliæ per Angelum tuâ Pro-Providentiâ pánem subcinericeum misisti,

Qui per Elisæum viginti panibus centum viros, ita ut adhuc panis superfuerit, tuâ Providentiâ satiâsti. *Ib.* 4

Miserere nobis.

Qui

Qui per Raphaelem juniori Tobiæ tuâ Providentiâ comitatum dedisti, & patri ejus, exenterati piscis felle visum restituisti, *Tob*: 5.

Qui Ananiam Misaelem, & Azariam in medio ignis illæsos Tuâ Providentiâ conservâsti *Dan*: 3.

Qui Danielem in lacu leonum per Abacuc, tuâ Providentiâ ab Angelo eò apportatum pavisti, *Ibid*: 24.

Miserere nobis.

Qni Danielem in lacu leonum à morsibus tuâ Providentiâ intactum præservasti, *Dan*: 6.

Qui innocentiam Susannæ per Danielem tuâ Providentiâ detexisti, *Dan*: 13.

Qui Jonam de ventre ceti post triduum tuâ Providentiâ eduxisti, *Ionæ* 2.

Miserere nobis.

Deus, à cujus Providentia omnia

expectant, ut des illis escam in tempore, *Psal:* 103.

Deus in cujus Providentia est bonum confidere, quàm confidere in homine, *Psal.* 117,

Deus, in cujus Providentia est bonum sperare, quam sperare in Principibus; *Ibid.*

Deus, cujus Providentia dat escam omni carni, *Psal:* 135.

Miserere nobis.

Deus in cujus Providentiam oculi omnium sperant, & das escam illorum in tempore opportuno, *Psal:* 144.

Deus qui Tuæ Providentiæ manum aperis & imples omne animal benedictione, *Ibid: eod:*

Deus, qui tuâ Providentiâ advenam pupillum, & viduam suscipis; *Psal:* 145.

Miserere nobis.

Deus, cujus Providentia dat jumen.

mentis escam ipsorum, & pullis corvorum invocantibus eam. *Psal:* 146.

Deus apud cujus Providentiam nec unius passeris est oblivio, *Luc*, 12.

Deus, cujus Providentia omnis capitis nostri capillos numeravit, *Ibid.*

Deus, qui Tuâ Providentia pascis volatilia cœli, *Matth.* 6,

Deus, cujus Providentia vestit lilia agri,

Miserere nobis,

Providus nobis esto, Parce nobis Domine.

Providus nobis esto, Exaudi nos Domine.

Ab oblivione beneficiorum tuorum Libera nos Domine,

A nimia cura & solicitudine, Libera.

A propia nostra voluntate, Libera.

Ab inordinata in adversis tristitia &c.
Per admirabilem Incarnato Tuo Filio, factam mundo Providentiam &c. Libera nos Domine.
Per Providentissimam panis Eucharistici in universo orbe multiplicationem, &c. Libera nos Domine.
Peccatores, Te rogamus audi nos.
Nè peccare faciamus os nostrum neque unquam opere dicamus coram Angelo: non est Providentia. *Eccl:* Te rogamus audi nos.
Ut nos in te curam nostram jactare concedas, & ipse nos enutrias, *Psal:* 54.
Ut nos primùm quærere Regnum tuum, & justitiam concedas, & cætera ex tua Providentia nobis adjicias, *Matth:* 6. Te rogamus audi.
Ut Pontificem nostrum N. Antistitem N. & Imperatorem N. Tuâ

Pro-

Providentiâ tegere, & conservare digneris, Te rogamus audi nos.
Ut Cultores Tuæ Providentiæ multiplicare digneris, Te rogamus.
Ut nos omnes sub tuam Sanctam & specialem Providentiam suscipere digneris, Te rogamus audi nos.
Pater cujus Providentia omnia gubernat, *Sap*:12. Te rogamus audi.
Agnus DEI, qui tollis peccata Mundi, Parce nobis Domine.
Agnus DEI, qui tollis peccata Mundi, Exaudi nos Domine.
Agnus DEI, qui rollis peccata Mundi, Miserere nobis Domine.
℣. Custodi nos Domine ut pupillam oculi,
℟. *Sub* umbra alarum tuarum protege nos.

DEUS, cujus Providentia in sui dispositione non fallitur; te supplices

plices exoramus ut noxia cuncta ſubmoveas & omnia nobis profutura concedas. Per D. noſtrum. Amen.

ORATIO.

Pro impetranda noſtræ voluntatis cum Divina Providentia in omnibus conformitate.

DEUS qui ad manifeſtandam Tuæ Providentiæ gloriam; Te famenti Populo Iſraelitico in Paſtorem, Danieli in Defenſorem, Suſannæ in Advocatum, Tobiæ in Ducem vendito Joſeph in Redemptorem, tribus Pueris in Conſervatorem, Pupillis, Advenis, egenis & Viduis in Patrem dediſti, & omnia omnibus fieri voluiſti: Te humillimè deprecamur, ut ſicut de Tua Providentia lætamur in proſperis, ita exultemus in adverſis, & quâ ſpe à Tua Providentia exſpectamus deſiderata, eâ tolle-

tolerantiâ perferamus omnia tibi placita: non extollamur in prosperis non dejiciamur in adversis. Da nobis Domine animum invictum cor immobile, voluntatem in omnibus Tuæ Providentiæ conformem. In Te quiescat, & moveatur cor nostrum, nihil nos turbet quod est à Te sed omnia sint nobis chara propter Te. Nihil adversum nos moveat, quia affligit, sed placidet cor nostrum quia à Te procedit. Agnoscamus hanc veritatem quod nihil sit parvum, quod à summo Deo datur, nihil nocivum, quod ab amantissimo Patre, aut injustum quod ab æquissimo Judice provenit. Tua enim sola Domine Providentia attingit à fine usque ad finem fortiter, & disponit omnia svaviter, & quæcunqnc nobis immittit, licet nobis quandoque videan-

deantur contraria, sunt, tamen in bonum finem ordinata. Quidquid igitur nobis immittis, da Domine, ut hoc gratè excipiamus, lætè teneamus, patienter conservemus, Per Dominum nostrum JEsum Christum, Amen.

Oratio à Confratre ægroto dicenda.

SUpreme animarum, corporumq; Medice, inexhauribilis fons vitæ & luminis, Tu qui uno etiam verbo mortuos resuscitare potes, Magne DEUS! in cujus manu sunt hominum sortes, ac Providentia omnia gubernat & absq; cujus permissione nihil Creaturis Tuis evenire potest. Ad Te duplici Morbo: animæ, corporisque languidus exclamo, redde mihi sanitatem, & tuam peccatis meis amissam gratiam! ignosce Domine; quod ego, qui hactenus Creaturis, plus quam Tibi

Crea-

Creatori meo inservivi; tuam tremendam implorare audeam Majestatem; scio quidem quòd non sim dignus aspicere cœlum qui hucusque tantum terram intuitus fui at non me latet, quod etiamsi mirabilis sis cunctis operibus tuis, mirabilior tamen crederis in operibus pietatis; dixisti enim per Prophetam; *Miserationes tuas*(a) *super omnia opera tua esse*: Miserere igitur mei secundum magnam misericordiam tuam & redde mihi tam animæ, quàm Corporis sanitatem. Quodsi DEUS mi! hæc petitio mea nimia tibi videatur, & pro tua gloria, meaque salute hoc corpus meum, inutile Terræ pondus ulterius pati expediat, sana saltem animam meam, & da mihi virtutem sufferendi, quidquid Tuæ Providen-

tiæ

(a) Psalm: 144. ℣ 9.

tiæ placuerit mihi evenire, Per Dominum nostrum JEsum Christum, A

NOTITIA

Novæ è Cælo allatæ Devotionis erga Sacratissimum Cor Christi JESU.

D*Evotio erga Sacratissimum COR Christi cuidam Religiosæ ex* Or-*dine S.* Francisci de *Sales, Mariæ Margaretæ de Alacoque dictæ, quæ Anno* 1690. *Paroæ in confiniis Burgundiæ, in opinione magnæ Sanctitatis vitam obÿt, à Christo ita fuit revelata, exhibuit ille vice quadam dictæ Virgini Sacratissimum Cor suum lucentissimis & in omnem partem sese evibrantibus flammis circumdatum, cruce desuper infixâ in*

insignitum, spinis incinctum vulnere in cruce olim inflicto saucium, superque augusto throno collocatum, volens eâ formâ indicare suum ineffabilem amorem, quo nos vel à primo vitæ suæ momento, & quidem inter summos paupertatis, contemptûs, opprobriorum, mortisque acerbissimæ mentî ejus, continuò obversantis dolores dilexit, atque etiamnum inter immanes injurias & contumelias, quas potissimùm in Sanctissimo Sacramento patitur, diligit, tum eam in hæc verba allocutus fuit:

En Cor meum, quod adeo dilexit Humanum genus! Quid autem in tanti amoris vicem ab hominibus recipio præter opprobria, contemptus, & injurias quæ mihi potissimùm in *Sanctissimo* Sacramento irrogantur? Volo proinde atque desidero, ut feria VI. post Octavam *Sanctissimi*

ſimi Sacramenti feſtum Cordis mei celebretur, quo mihi irrogati tot tantique contemptus, injuriæ & contumeliæ, quadantenus compenſentur. *Vice verò aliâ prædictæ Virgini dixit:* Velle ſe omnino, ut hunc ſuum erga nos homines amorem magis agnoſcere connitamur, ut ita etiam magis & magis ad eum redamandum incitemur; deſiderareque ut Cor ſuum formâ prædictâ expreſſum oculis fidelium proponatur, ut illius aſpectu, ceu efficaciſſimo & in hæc uſque tempora à ſe reſervato medio, ad ferventem & perfectum illius amorem inflammentur, ad hæc polliceri ſe omnes & ſingulos, qui Cordi ſuo devotè addicerentur & loca, in quibus hæc Cordis ſui effigies debitè coleretur, ſingularibus gratiis cumulaturum.

Devotio hæc primùm in Gallia à P.P. Societatis JESU accuratè expensa, deinde postquam per universam Galliam, aliasque multas Europæ Provincias, imò etiam per utramque Indiam propagata fuisset, ex mandato S. D. N. Innocentii XII. examinata, *ut pia & rectæ rationi valde consona, quia & universæ Ecclesiæ multùm proficua*, Anno 1693. approbata fuit.

ORATIO.

Ad Sacratissimum COR *Christi* JESU.

O Amantissime JESU! qui ad attrahendum tui amore corda nostra, Sacratissimum Cor Tuum in Sacramento Altaris in cibum & solatium nobis largiri voluisti: exaudi orationem te invocantium, & concede propitius, ut omnes, qui Divini

vini Cordis hujus inhonorationem hominumque ingratitudinem exe crantur ac deplorant, atque ad eam compensandam, omnem possibilem honorem cordi huic exhibere conantur, sancti cordis hujus amore inflammentur, tuamque bonitatem erga illud æternum laudare valeant. Amen.

Omnibus & singulis, qui hanc Orationem post Confessionem & Communionem ante imaginem Cordis Christi IESV, flexis genibus & devotè recitaverint 360. dierum: ijs verò qui aliàs illam dicto modo recitaverint 100. dierum Indulgentias concessit Illustrissimus & Reverend: DD. Andreas Sanctacrucius per Rom: Imp: districtum & Terras Hæreditarias Nuntius Apostolicus.

Viennæ, 27. Martij 1699.

ASPI-

ASPIRATIONES AMOROSÆ AD CHRISTUM CRUCIFIXUM.

I.

O Charitas DEUS meus JESU Crucifixe. Creator meus, Formator meus, qui creâsti me, & formâsti me ex nihilo mei, recrea me reforma me iterum ex nihilo mei, ex tua Misericordia ad tuam formam imaginem purissimam Sanctissimam omnibus Virtutibus Deo Dignissimam, Charitate ignitissimam, nunc & pro illo momento, in quo exspirabo.

II. O Charitas DEUS meus JESU Crucifixe. Redemptor meus

pone me numera me, confirma me, obsigna me, Corde tuo amorosissimo inter Redemptos; nunc, & pro illo momento, in quo exspirabo.

III. O Charitas DEUS meus JESU Crucifixe; vita mea, vivifica me in Te, per Te, & propter Te vità Sanctà, tuam Incarnatam sanctitatem, puritatem, pulchritudinem sine umbra peccatorum semper & ubique coram Te, & hominibus ferente, exprimente, spirante, nunc & pro illo momento &c.

IV. O Charitas DEUS meus JESU Crucifixe, Fortitudo mea, ne permitte me ulli tentationi, peccato Dæmoni, separare à Te toto vitæ meæ tempore, nunc & pro illo momento, in quo &c.

V, O Charitas DEUS meus JESU Crucifixe, Elector meus qui tibi

bi & non alteri secundùm svavissimum beneplacitum tuum elegisti me, eligam Te, teneam Te, possideam Te, complectar Te, toto corde meo, totâ Animâ meâ, totis viribus meis. toto me, toto Te, fidelissimè amorosissimè penetrative, immersivè quia tu es unicum verumq; bonum meum, nunc & pro illo &c.

VI, O Charitas DEUS meus JESU Crucifixe, amor meus, & amator meus, qui sine ullis meritis meis, imò cum innumerabilibus demeritis adamâsti me; amem Te, toto me, toto Te, totâ Tuâ Omnipotentiâ, totâ Sapientiâ, tota bonitate, tota charitate, tota immensitate, tota tua plenitudine, tota infinitudine. Amem amores tuos, quibus amas Te, Patrem æternum, & Spiritum Sanctum, *B*eatam Virginem Matrem

tuam, Angelos & Beatos in cælo, & justos in terra, & omnia quæ creasti, Amem & amores omnium amatorũ tuorum fidelissime, purissimè, perfectissimè, gratis, & sine intuitu ad præmium, ac sine desiderio, & spe mercedis, nunc & pro illo momento in quo exspirabo.

VII. O Charitas DEUS meus JESU Crucifixe, Sapientia mea, amem Te totâ Sapientiâ Tuâ, ne amem inimicam DEO, Tibi, & mihi, mundi carnis sapientiam, amem Te totâ Sapientiâ tuorum Sanctorum, ne unquam amem, (quam & modo execror) sapientiam impiorum nunc & pro illo momento in quo exspirabo.

VIII. O Charitas DEUS meus JESU Crucifixe, dulcedo mea dulcedo Angelorum, Beatorum & Ju-

storum

ſtorum Imple me, ſatia me, inebria me, merge, & ſubmerge me in Te, & tota abyſſali tua dulcedine; ut tota mundi & Carnis dulcedo, mihi evaneſcat, extingvatur, annihiletur nunc & pro illo momento.

IX. O Charitas DEUS meus Crucifixe, Divitiæ meæ, Theſaurus meus, omne bonum meum. Quidquid Tibi deeſt in me ſicut multa deeſſe eſt neceſſe, Supple Tibi per Te, & per divitias tuas, quas habes in Te, hoc eſt per tuam perfectiſſimam & infinitam Charitatem, nunc & pro illo momento in quo exſpirabo.

X. O Charitas DEUS meus JESU Crucifixe, omnipotentiâ tuâ, corrobora me contra hoſtes tuos & meos, corrobora me nunc Omnipotenti Charitate Tuâ morte fortiori, mor-

temque superante, ne timeam pro Te mori nunc & pro illo momento in quo exſpirabo.

XI. O Charitas DEUS meus JESU Crucifixe, Solatium meum & Refugium meum ad Te confugio in omni adverſitate & deſolatione mea, pro ſolatio; ideoque in Tuis Vulneribus abſcondo me ab omnibus adverſitatibus & deſolationibus meis, nunc & pro illo momento in quo exſpirabo.

XII. O Charitas DEUS meus JESU Crucifixe Virtus mea, omnes virtutes, & omnia in me bona opera operare, omnia perfice, conſumma & in corde tuo benedicto conſerva ſanctifica, dignifica, ex tua pretioſitate fac pretioſa ad guſtum ſuaviſſimæ Tuæ voluntatis, Bonitatis, dignitatisque tuæ, nunc & pro illo momento &c.

XIII. O

XIII. O Chariras DEUS meus JESU Crucifixe, Amor meus perpetuus, amorem meum Amori tuo conjungo, consocio, unio consecro, conviscero, & identifico, & amo Te amore immutabili, incessabili, insatiabili, æterno, & à tuo amore absorbto: in tuum, per tuumque amorem transformato, & amare desidero, nunc & pro illo &c.

XIV. O Charitas DEUS meus JESU Crucifixe, fac me tibi viventi conviventem; patienti compatientem, ut vita mea nihil aliud sit nisi tibi convivere, & Tecum & de Te, & pro Te vivere, Tecum pati & propter te pati, simulque tibi commori, seu Tecum & pro Te mori singulis diebus, singulisque dierum horis, & horarum momentis in excessiva & ab excessiva charitate; nunc & pro illo momento.

XV. O

XV. O Charitas DEUS meus JESU Crucifixe, Vocem tuam ſvaviſſimam, dulciſſimam, deſideratiſſimam audire deſidero. *Confide Fili remittuntur tibi peccata tua.* Dic animæ meæ *Salus tua ſum.* Dic cordi meo. *Dimiſſa tibi ſunt peccata tua.* Dic expectationi, ſpei, & deſiderio meo. *Hodie mecum eris in Paradiſo.* Dic amori meo, dic affectibus meis. *Venite Benedicti &c.* Dic amatori tuo, dic ſervo tuo. *Euge ſerve bone & fidelis intra in gaudium Domini tui.* In gaudium illud, in quo ipſo Dominus meus & Deus meus in ſeipſo, & de ſeipſo, & propter ſeipſum gaudet, gaudebitque in æternum, nunc & pro illo momento in quo exſpirabo.

SODALITAS AMATORUM CRUCIFIXI JESU.

Orta DUACI in Belgio anno 1630.

Tres Conditiones ſtatuit pro participare volentibus.

PRima Singulis diebus octavo horæ ſpatio aliquid de Paſſione Domini meditari.

Secunda. Orare in fine pro omnibus Sodalibus ut illos in manibus ſuis diu ante deſcriptos agnoſcere, & in vulneribus ſuis abſcondere, æternumque beare dignetur.

Tertia. Quàm plurimos conari adſciſcere ad Sodalitatem. *His Conditionibus ſervatis quilibet tacito pacto admittitur in Societatem & fit illius particeps, in qua plurima hominum per Europam jam cenſentur millia.*

Sanctissima V. MARIA post assumptionem suam apparuit Sancto IOANNI Evangelistæ, & de Passione Christi multùm cum eo locuta dixit: Filium suum tres gratias concessisse ei qui Passionem Domini devotè recoleret.

1. Antequam moriatur ferventissimæ Contririonis actum de omnibus peccatis impetrabit.

2. Talis in Agone suo habebit ipsam Deiparam præsentem, & specialiter adjuvantem.

3. Filius Matri transscripsit omne jus quilibet pro illo impetrandi. *Lobet Dom: 2. Quadr.*

Quædam Persona coram S. Ludvina dicebat: Contenta essem, si tot Annis in Purgatorio paterer, quot grana sinapis in vase ibi præsenti erant *Cui Sancta respondit.* Tam parum fidis Divinæ Misericordiæ & Virtuti

Mor-

Mortis Christi. *Post mortem apparens dicta Persona eidem Sanctæ dixit se intolerabiles pænas luere ob modicam fidem in Misericordia Dei & Passione Christi.*

In Fronte, Ore, Pectore, formans signum S. Crucis dic:

JESUS Crucifixus sit sapientia in Cogitationibus, Verbis & Operibus meis.

Hæc mea sublimis Philosophia scire JESUM, & hunc Crucifixum, *dixit S. Bernardus.*

JEsus Bilioteca est: *S.* Bonaventura, omnem sapientiam ex hoc fonte hausit.

Christus S. Gertrudi dixit: Filia qui amanter Crucifixum in vita intuetur, eum amanter Crucifixus in hora mortis respicere dignatur *Eidem dixit*, Vide quomodo Crucifixus

fixus ſum amore tui, & adhuc te ita amo, ut ſi aliter ſalutem conſequi non poſſes, paratus eſſem omnia tormenta iterum pro te perferre, quæ pro omnibus hominibus ſuſtinui.

Corona ad vulnera Chriſti.

VUlnera Tua Dulciſſime Jeſu ſint remedium peccatricis Animæ meæ, & incentivum Amoris tui Divini. Amen.

1. O Manus gratiæ, ſine Te nihil poſſum.

2. O Manus miſericordiæ miſerere mei.

3. O Pes Potentiæ humilia me, O Exalta Te.

4. O Pes Juſtitiæ, ne abjicias me quamvis indignus ſim.

5 O Cor ſedes Amoris, accende me, ut inceſſabiliter amem Te.

Repetantur ſinguli actus quinquies

ad

ad ſingula quinque Vulnera Chriſti deinde ter pronuntiandum.

O Caput, ſedes ſapientiæ illumina me, ut noſcam Te.

Clauſula Coronæ eadem cum initio.

Vulnera Tua dulciſſime JEſu &c.

ANima Chriſti ſanctifica me,
CORPUS Chriſti ſalva me,
Sangvis Chriſti inebria me,
Aqua Lateris Chriſti lava me.
Paſſio Chriſti conforta me,
O bone JEſu exaudi me.
Intra vulnera tua abſconde me
Et ne permittas me ſeparari à Te
Ab hoſte maligno defende me,
In hora mortis meæ voca me
Et jube me venire ad Te
Ut cum Sanctis tuis laudem Te.
Et in æternum fruar Te, Amen.

ORATIONES S. BRIGITTÆ

De Paſſione Ghriſti longè devotiſſimæ.

IN Volumine Revelationum S. Brigittæ Romæ Opera Olai Magni Archi-Epiſcopi Vpſalenſis in ipſiusmet S. Brigittæ ædibus impreſſo, propè initium refertur Crucifixum S: Brigittæ ardenter in Eccleſia S. Pauli ſub Cripta oranti dignatum fuiße loqui, præmiumq́; indixiſſe omnibus copioſum qui legerint XV. illius Orationes, *quas ipſa dudum in patria & monaſterio Alvaſtræ Lincopienſis Diœceſis* Ordinis Ciſtercienſium, *quatuor annis poſt obitum mariti ibidem manens, ſuggerente Spiritu S: devotiſſimè compoſuit, & continuè*

tinuè dixit, addens in earum fine toti-dem.

Pater noster &c. Ave Maria &c.

Ea vero privilegia à Christo Domino his Orationibus, concessa speciatim Leolentritius *in libro suo precatorio quem in solatium Catholicorum, medios inter hæreticos in Germania constitutorum edidit, recenset, atque eas à Bonifacio IX. magnis additis indulgentiis confirmatas: & ex libro quopiam Revelationum S. Brigittæ, seqventia desumpsisse testatur: nimirum:*

Cum honesta & Sancta hæc mulier Brigitta perdiu scire desiderasset numerum vulnerum Domini nostri IESV Christi: apparuit ei Dominus IESVS quadam die dicens: Corporis mei vulnera erant 5475. *quæ si veneratione aliqua prosequi volueris quindecim* Pater noster *& totidem* Ave Maria, *dices*

quoti-

quotidie per annum integrum, & sic anno revoluto unumquodque vulnus venerabiliter salutaveris, eamque docuit insuper, ad unumquodq; Pater noster. *unam orationem. Adjiciens: quod quicunque per circulum unius anni, easdem Orationes devotè frequentaverit, de ejus progenie quindecem animæ de purgatorio liberabuntur, & quindecim ejusdem genealogiæ in bono statu confirmabuntur, & quindecim peccatores adhuc in mundo existentes, convertentur: & cum hoc adhuc ipse consequetur gradum perfectionis & agnitionem, & amaram cordis contritionem omnium peccatorum.*

Præterea eidem addidit Dominus: qui has orationes compleverit dabo ei Sanctissimum Corpus meum ante obitum ejus XV. die, ut per hoc liberetur ab æterna esuria: & Pretioso Sangvi-

ne

ne potabo eum, ne sitiat in æternum, signumq; victoriosissimæ Crucis ponam ante eum in subsidium contra omnes inimicos, & ante ejus obitum veniam ad eum cum dilecta Genitrice mea Virgine MARIA, ad animam ejus benignè suscipiendam, & ducam eum ad æterna gaudia, & cum illum illuc perduxero propinabo illi singularem haustum de fonte & Calice Deitatis meæ.

Impressæ sunt hæ orationes variis idiomatibus sæpissimè, extantqae etiam in vetustissimo libello precatorio Hortulus animæ : *dicto, ubi ad reliqua privilegia etiam hoc à Domino datum scribitur, ei, quicunque in agone mortis positus, voto se DEO obstrinxerit ad Orationes has, diebus singulis per annum unum integrum recitandis, idque postea opere ipso impleverit, ad vitam ejus adhuc quindecim annos adjectum iri.*

ORA-

ORATIO PRIMA.

O JESU Christe, æterna dulcedo te amantium, Jubilus excedens omne gaudium, & omne desiderium, salus & amator peccatorum qui delicias tuas testatus es; esse cum filiis hominum; propter hominem Homo factus in fine temporum; Memento omnis præmeditationis, & intimi mœroris, quem in corpore humano sustinuisti instante saluberrimæ passionis tuæ tempore, in divino corde præordinato Memento tristitiæ, & amaritudinis, quam in anima (te ipso attestante) habuisti, quando in ultima cæna discipulis tuis corpus & sangvinem tuum tradidisti, pedes eorum lavâsti, & dulciter eos osculando, imminentem passionē prædixisti. Memento omnis timoris, angustiæ & doloris, quem in tuo corpore delica-

to ante passionem crucis tuæ perfu-
listi, quando post trinam orationem
& sangvineum sudorem à Juda, disci-
pulo tuo tradebaris, ab electa gente
capiebaris à falsis testibus accusabaris
tribus judicibus injustè judicabaris
in electa Civitate, in paschali tempo-
re; in florida corporis juventute in-
nocenter damnabaris, veste propria
exuebaris & vestibus alienis indueba-
ris colaphizabaris, oculis & facie ve-
labaris, alapis cædebaris, ad colum-
nam ligabaris, flagellabaris, spinis co-
ronabaris, arundine in capite ferie-
baris & innumerabilibus aliis calu-
mniis lacerabaris. Da Domine Deus
mihi: quæso, ob memoriam harum
ante Crucem tuam passionum, veram
ante mortem meam contritionem,
puram confessionem, dignam satis-

factio-

fectionem ac omnium peccatorum meorum remissionem. Amen.

Pater noster &c. Ave Maria &c.

II.

O JESU vera libertas Angelorum, paradisus deliciarum, memento mæroris & horroris, quos sustinebas, cum omnes inimici tui quasi leones ferocissimi, te circumsteterunt, & colaphizationibus, conspurationibus, ungulationibus, cæterisque pœnis inauditis te molestaverunt. Per has pœnas, & per omnia contumeliosa verba, durissimaque tormenta, quibus Te Domine JESU Christe, omnes inimici tui afflixerunt, deprecor te, ut liberes me ab omnibus inimicis meis visibilibus & invisibilibus, & dones mihi sub umbra alarum tuarum, ad perfectionem salutis æternæ pervenire, A.

Pater noster, Ave Maria &c.

III. O

III.

O JESU mundi fabricator, quem nulla dimensio verô terminô metitur, qui terram palmâ concludis, recordare amarissimi doloris, quem sustinebas, cum Judæi Sanctissimas manus Tuas, ad Crucem obtusis, clavis primo affixerunt; & ad perforandum delicatissimos pedes tuos (cum factis in cruce foraminibus corporis tui statura minus esset conveniens) dolorem super dolorem vulneribus tuis addiderunt, & sic crudeliter te distraxerunt, & extenderunt in longum & latum Crucis Tuæ, ut dissolverentur compages membrorum tuorum. Deprecor te, per hujusmodi sacratissimi amarissimique in Cruce doloris memoriam ut des mihi timorem, & amorem tuum, A.

Pater noster, Ave Maria &c.

O JESU Cœleſtis Medice, recordare langvoris, livoris, & doloris, quos in alto crucis patibulo levatus, paſſus es in omnibus dilaceratis membris tuis, quorum nullum in ſtatu ſuo rectè permanſerat, ita, ut nullus dolor, dolori tuo ſimilis inveniretur quia à planta pedis uſque adverticem capitis in te non fuit ſanitas. Et tamen omnium dolorum immemor Patrem pro inimicis piè oraſti, dicens: *Pater ignoſce illis, quia neſciunt quid faciunt.* Per hanc miſericordiam, & ob memoriam illius doloris concede, ut hæc memoria paſſionis tuæ amariſſimæ, ſit omnium peccatorum meorum plena remiſſio, Amen.

Pater noſter, Ave Maria &c.

V.

O JESU ſpeculum claritatis æternæ,

ternæ, memento illius mæroris, quem habuisti, quando in speculo serenissimæ Majestatis tuæ conspexisti prædestinationem electorum, per merita tuæ passionis salvandorum, & reprobationem malorum, per sua demerita damnandorum. Et per abyssum miserationis tuæ quâ nobis perditis peccatoribus & desperatis, tunc condoluisti, & quam Latroni in Cruce exhibuisti dicens: *Hodie mecum eris in Paradiso.* Rogo Te Pie IESU, facias mecum misericordiam tuam in hora mortis meæ. Amen.

Pater noster, Ave Maria &c.

VI.

O JESU Rex amabilis, & Amice totus desiderabilis, memento illius mæroris quem habuisti, quando Nudus & Miserabilis in Cruce pependisti, & omnes amici & no-

ti tui adversùm te steterunt, & nullum consolantem inveniebat, sed solam dilectam Genitricem tuam, in amaritudine Animæ Tuæ tibi fidelissimè adstantem videbas, quàm Discipulo tuo commendasti, dicens: *Ecce Mater tua.*

Rogo te pie JESU; per gladium doloris, qui tunc ejus animam pertransivit. ut compatiaris mihi in omnibus tribulationibus & afflictionibus meis, corporalibus, & spiritualibus. & des mihi consolationem in tempore tribulationis, & in hora mortis meæ. Amen.

Pater noster, Ave Maria &c.

VII.

O JESU, fons inexhaustæ pietatis. qui ex intimo affectu in Cruce dixisti: *sitio*, (scilicet salutem generis humani) accende quæsumus,

cordium

cordium nostrorum desideria ad omne opus perfectum, & sitim carnalisconcupiscentiæ, & æstum mundanæ delectationis, in nobis penitus refrigera & extingve, Amen.

Pater nòster, Ave Maria &c.

VIII.

O JESU, dulcedo cordium, ingensque svavitas mentium; peramariudinem aceti&fellis, quam pronobis degustasti. in hora mortis meæ concede mihi Corpus & *San*gvinem tuum dignè percipere, ad remedium, & consolationem animæ meæ. Amen.

Pater noster, Ave Maria, &c.

IX.

O JESU regalis virtus, jubilusque mentis. memento angustiæ, & doloris, quem passus es, quando præ mortis amaritudine &Judæorum

insultatione, cum magna voce te à Deo Patre derelictum clamâsti dicens: *Deus meus, Deus meus, ut quid me dereliquisti!* per hanc angustiam, peto à te, ut in angustiis meis non derelinquas me Deus noster, A.

Pater noster, Ave Maria &c.

X.

O JESU, Alpha & Omega, Virtus & Vita in omni tempore recordare, quod à summo capitis, usque ad plantam pedis, te pro nobis in aquam passionis tuæ demersisti: Propter latitudinem & longitudinem vulnerum tuorum, doce me in peccatis demersum, per veram charitatem custodire latum mandatum tuum nimis, Amen.

Pater noster, Ave Maria &c.

XI.

O JESU, abyssus profundissima

ma Misericordiæ, rogo Te propter profunditatem Vulnerum Tuorum, quæ petransierunt medullam ossium, ac viscerum tuorum; ut me submersum in peccatis emergas, abscondasque in foraminibus Vulnerum Tuorum à facie iræ tuæ, donec pertranseat furor tuus Domine, Amen.

Pater noster, Ave Maria &c.

XII.

O JESU Veritatis speculum, signum Unitatis, Charitatisque vinculum, memento multitudinis innumerabilium Vulnerum Tuorum quibus à Sanctissimo Sangvine tuo rubricatus; quam magnitudinem doloris in Virginea carne tua pertulisti pro nobis pie JESU. Quid ultra debuisti facere, & non fecisti? scribe, quæso, pie JESU, omnia vulnera Tua in corde meo, pretiosissimo

Sangvine Tuo, ut in illis legam Dolorem tuum, & mortem, & in gratiarum actione usque in finem jugiter perseverem, Amen.

Pater noster, Ave Maria &c.

XIII.

O JESU, Leo fortissime, Rex immortalis, & invictissime, memento doloris quem passus es, cum omnes vires Cordis & Corporis Tui Tibi penitus defecerunt, & inclinato capite: *consummatum est* dixisti. Per hanc angustiam & dolorem miserere mei in ultima consummatione exitus mei, cum anima mea anxia fuerit, & spiritus meus conturbatus, Amen.

Pater noster, Ave Maria &c.

XIV.

O JESU, unigenite Altissimi Patris splendor, & figura substan-

ſtantiæ ejus: memento obnixæ commendationis, quâ Patri Spiritum commendaſti, dicens: *In manus tuas Domine commendo Spiritum meum*, & lacerato corpore, & rupto corde, cum valido clamore, patefactis viſceribus miſericordiæ tuæ, pro nobis redimendis expiraſti. Per hanc pretioſiſſimam mortem, precor te, Rex Sanctorum, conforta me ad reſiſtendum diabolo, mundo, carni, & ſangvini & in noviſſima hora exitus mei ſuſcipe ad te revertentem Spiritum meum exulem & peregrinum. Amen.

Pater noſter, Ave Maria &c.

XV.

O JESU, vitis vera & fæcunda: memento ſupereffluentis & abundantis effuſionis ſangvinis quem tu ſicut de botro expreſſum copioſiſſime effudiſti, quando in Cruce

torcular ſolus calcaſti, & lancea mi-litari perfeſſo latere, nobis Sangvinem & aquam propinaſti, ita ut minima gutta in te non remaneret, & demum, quaſi mirrhæ faſciculus in altum ſuſpenſus fuiſti, & delicata Caro Tua evanuit, liquor viſcerum tuorum exaruit. Per hanc amariſſimam paſſionem, & pretioſi Sangvinis effuſionem, Pie JESU, precor Te, ſuſcipe animam meam in agone mortis meæ.

Pater noſter, Ave Maria &c.

PERORATIO.

O Dulcis JESU, Vulnera cor meum, ut pænitentiæ & amoris lacrimæ ſint mihi panes die ac nocte. Et converte me totaliter ad te, ut cor meum perpetuò fiat tibi habitabile, & converſatio tibi ſit placita, & accepta, ac finis vitæ meæ ita lau-

laudabilis, ut poſt hujus vitæ terminum, merear te laudare cum omnibus Sanctis in æternum, Amen.

O Domine JESU Chriſte, Filii Dei vivi, ſuſcipe hanc orationem in amore illo ſuperexcellenti, inquo omnia Vulnera tui Sacratiſſimi Corporis ſuſtinuiſti. Miſerere mei famuli tui, & omnibus peccatoribus cunctisque fidelibus, tam vivis, quàm defunctis, da miſericordiam, gratiam, remiſſionem, & vitam æternam, A.

Hymnus ad Sanctum Angelum Cuſtodem.

NOvo lucis exordio,
O Cuſtos mi dulciſſime,
Cæcam mentis calignem
Tuo ſplendore diſcute:
Et me divina monita
Benignus ſemper edoce.

MEas preces & lachrymas,

Fidus è cælo nuntius.
Quamvis indignas excipe,
Et ſummo Patri tradito,
Culpisque meis debitas,
Supplex pænas avertito.
AFflictum clementiſſime,
Favore tuo recrea :
Ad virtutis officia,
Semiſopitum excita,
Cùm Sancto mens in opere,
Nutabit, promptus adjuva.
DIſſolve mentis glaciem,
Frange cordiś duritiem,
Peccati opreſſum onere,
Præſenti manu ſubleva,
A cæli errantem ſemita,
Ad cæli viam revoca.
INvictâ tuâ dextera.
Contunde vires dæmonis,
Carnis retunde fomitem,
Mundique fraudes detege,

Ut tuo ſub præſidio,
Victor ab hoſte redeam.
FLagello pigrum excita,
Et reluctantem increpa,
Vitæ labentis terminum,
In mentem ſæpe revoca,
In vita breui ſpatio,
Solertiorem facito,
IN pugna mortis ultima,
Adſis mihi fortiſſime,
Peracta demum fragili,
Vita Doctor amabilis,
Me protinus æthereis,
Infer benigne ſedibus.

SAncti Angeli cuſtodes noſtri, defendite nos in prælio, ut non pereamus in tremendo Dei judicio.

S. Angele Dei qui Cuſtos es mei, me tibi commiſſum pietate ſuperna illumina rege & guberna,

OREMUS.

DEus qui ineffabili providentia sanctos Angelos tuos ad nostram custodiam mittere dignaris, largire supplicibus tuis, & eorum semper protectione defendi, & æterna societate gaudere. Per Dominum nostrum JEsum &c.

LITANIÆ BREVES.

De Sancto

ANGELO CUSTODE.

KYrie eleyson, Chryste eleyson, Kyrie eleyson.
Christe audi nos, Christe exaudi nos.
Pater de cælis Deus, Miserere nobis
Fili Redemptor mundi Deus, miserere nobis.
Spiritus Sancte Deus, miserere nobis.

Sancta

Sancta Trinitas unus Deus, miserere nobis.

S. Maria Regina Angelorum. Ora pro nobis.

S. Angele Custos meus, Ora pro nobis.

S. Angele Princeps meus,
S. Angele Admonitor meus
S. Angele Consultor meus,
S. Angele Tutor meus,
S. Angele Procurator meus,
S. Angele Amator meus,
S, Angele Consolator meus
S Angele Frater meus,
S. Angele Præceptor meus,
S. Angele Pastor meus,
S. Angele Testis meus,
S. Angele Adjutor meus,
S. Angele Vigil meus,
S. Angele Negotiator meus,
S. Angele intercessor meus,

Ora pro nobis.

S. An-

S. Angele Suſceptor meus
S. Angele Gubernator meus,
S. Angele Præſes meus,
S. Angele Doctor meus,
S. Angele Conſervator meus,
S. Angele Prædicator meus,
S. Angele Illuminator meus,

Ora pro nobis.

Agnus DEI, qui tollis peccata Mundi, Parce nobis Domine.

Agnus DEI, qui tollis peccata Mundi, Exaudi nos Domine.

Agnus DEI, qui tollis peccata Mundi, Miſerere nobis Domine.

Chriſte audi nos, Chriſte exaudi &c.
Pater noſter, Ave Maria &c.

Angelis ſuis Deus mandavit de te.
Ut cuſtodiant te in omnibus viis tuis
℣. Domine exaudi orationem meam
℟. Et clamor meus ad te veniat.

OREMUS.

OMnipotens ſempiterne DEUS qui

qui ineffabilis bonitatis tuæ consiliô cunctis fidelibus ab utero matris custodem corporis & animæ, specialem Angelum deputasti: concede, ut quem mihi misericorditer tribuisti, sic observem & diligam, ut gratiæ munere illiusque custodiæ munimine protectus, in cœlesti Patria, vultum gloriæ tuæ cum illo, & cæteris Angelis merear contemplari. *Per Dominum nostrum* JESUM Christum &c.

Ad Angelum Custodem.

SAluto te ô *Sancte* Angele DEI, Princeps nobilis, Custos meus fidelis, cui me gubernandum Divina bonitas tradidit. Quantum Tibi debeo quod indigno mihi tot annis, tamque fidelis assistis & animi corporisque salutem procuras? commendo me tibi hodie ut adversus malignum hostem, te duce illæsus conserver

& in gratia DEI ad extremum usq; halitum constans perseverem, & tecum in Cœlo Dominum nostrum laudem in æternum, Amen.

Quinque Protestationes CAROLI BORROMÆI.

Protestatio I.

IN Nomine *Sanctissimæ* Trinitatis Patris, Filii, & *Spiritûs S.* ego Infelix, & miser peccator N. protestor in præsentia tua ô Angele DEI, assignate mihi â Divina Majestate pro ductore, cum primùm natus sum: velle & desiderare me mori in ea sola, vera & Catholica Fide, quam Sancta Romana, & Apostolicâ tenet, & profitetur Ecclesia, & in qua omnes Sancti, quotquot fuerunt unquam uspiam mortui sunt: nec desidero

diu-

diutiùs vivere, quàm placet DEO meo, cui omnem meam voluntatem integrè & ex toto ſubjicio.

Proteſtatio II.

PRoteſtor etiam, ô Angele DEI, deſiderare & velle me, ſub tua Sancta cuſtodia, & protectione, diſcedere ex hac vita, in ſpe *Divinæ* miſericordiæ, ſine ulla titubatione in fide, non obſtante quacunque multitudine & gravitate peccatorum meorũ certò ſciens ac firmiſſimè credens, etiam unam ſolùm guttam pretioſiſſimi ſangvinis Domini noſtri JESU Chriſti, ſufficientem futuram fuiſſe, non ſolùm ut me ſalvaret, ſed univerſum etiam genus humanum, quia & mille mundos, ſi ita placitum fuiſſet Divinæ ſuæ Majeſtati.

Proteſtatio III.

SImiliter proteſtor, ô Angele S. patere

petere me ex intimo corde, participem fieri misericordiæ Redemptoris Domini mei JESU, remissionemque omnium peccatorum meorum consequi: sciens quod ipse eam nulli peccatori quantumvis gravi, & abominabili, neget, rite contrito & confesso, idque per & propter merita amarissimæ suæ passionis, & mortis, & virtutem pretiosissimi Sangvinis sui pro me indignissimo in ligno crucis copiosè effusi; per merita demum Sanctissimæ Matris tuæ Virginisque MARIÆ, & omnium Sanctorum, & Angelorum.

Protestatio IV.

Iterum protestor, Sanctissime mi Custos, supplicare pro me Divinæ pietati, ut dignetur me recipere in numerum eorum, quos ab æterno prædestinavit in suam gloriam: etiamsi

amſi oporteret me pati ob peccata mea in purgatorio ad noviſſimum uſque judicii diem; dummodo tandem per ipſius infinitam miſericordiam, conſequar vitam æternam, Amen,

Proteſtatio ultima.

SAnctiſſime & vigilantiſſime Cuſtos, proteſtor demùm, conſtituere me te Procuratorem Teſtamenti, ultimæque voluntatis animæ meæ, ad impetrandum mihi à Domino meo JESU tres gratias. Prima eſt, ut mihi donet unum ſolum lacrymoſum ſuſpirium, ex infinitis illis, quæ habuit ipſe, dum per tres horas vivus fuit in Cruce, quorum efficacia & virtute mitigentur lacrimabiles illi ſingultus, cordisque preſſuræ & anguſtiæ, quibus in hora mortis affligar. Et ut glorioſiſſima Mater Dei Maria, dignetur me vel uni-

co

co etiam aspectu, ex iis quos ipsa sub Cruce stans habuit, defigendo in unicum Filium suum virgineos oculos, suscipiendo me in eorum numerum qui ejus precibus, & meritis in die judicii obtinebunt salutem & vitam sempiternam. Altera gratia est, ut tu fidelissime Custos meus, in illa potissimum hora mihi succurras, quando anima mea separabitur à corpore meo, ut inveniam benignum, Judicem meritô flagrantissimæ illius charitatis, qua paternum ipsius pectus in Cruce fuit inflammatum pro salute peccatorum. Ultima demùm gratia est ut tu idem piissime Custos meus, animam meam Tibi habeas ergastulo corporis egressam, dexteræ tuæ potentiâ, Redemptori meo offeras, ut eum una tecum, & Sanctis omnibus in cœli gaudiis videam, per-

fectè

fectè amem, eoque æternaliter fruar cui sit laus, honor, & gloria in omnem æternitatem, Amen.

DEVOTIO
Ad
S. THADÆUM JUDAM APOSTOLUM.

SAnctus JUDAS *piæ cuidam personæ spectabilis, non sine querulo animi sensu testatus fuit: nimirum paucos se ex omni hominum sorte cultores numerare, cum tamen Deus plurimas iis, si qui forent, gratias præparaverit. Experti id sunt plurimi, maximè, qui in rebus desperatis, ac pravis cogi-*

cogitationibus repellendis, ejus, opem implorarunt. Et quid non à Deo magnus iste Sanctus impetrare valeat? qui non solùm parentem utrumque fratres ternos: & binas sorores, cum totidem nepotibus, sanctitate conspicuos est sortitus, sed arctâ cum Christo ipso cognatione conjunctus, & cum eodem educatus fuit.

Hic Coapostolis omnibus prior Evangelium prædicavit, Iudæam, Galilæam, Samariam, Persidem, Idumæam, Arabiam, Syriam, Mesopotamiam eo fructu peragravit: ut in Syria cum Rege (quem per aquam baptismi à lepra mundavit) plurimos converterit; in Babylone Regem cum 60. hominum millibus baptiseverit ubique prodigiis clarus, dum solâ præsentiâ idolis indixit silentium, interceptam videndi, loquendique facultatem signo Crucis restituit, ser-

serpentes innoxiâ manu tractavit; verbô. Qui tanta fecit in vita, majora præstabit in gloria, modo tu ejus patrocinium constanti cultu demerearis.

OFFICIUM

De sancto & glorioso Apostolo in rebus desperatis singulari Patrono.

JUDA THADDÆO

AD MATUTINUM.

℣. Sancte JUDA ora pro me,
℟. Et omnibus qui colunt Te,
℣. Domine Labia mea aperies,
℟. Et os meum annuntiabit &c.
℣. Deus in adjutorium meum &c.
℟. Domine ad adjuvandum &c.
℣. Gloria Patri & Filio & Spiritui S.

℟. Si-

℟. Sicut erat in principio &c.

HYMNUS.

Sanctum JUDAM collaudemus,
Cœli civem celebremus
Condignis encomiis,
Particeps qui Passionis
Dono retributionis
Gaudet cum Apostolis.
Lumen erat & Dux viæ
Cœcæ genti, & MARIÆ
Junctus erat sangvine
Habuit Alphæum Patrem
Ejus confitetur Matrem
Se Maria Cleophæ.

ANTIPHONA.

Qui timet Deum, faciat bona, & qui continens est Justitiæ, apprehendet illam, & obviabit illi quasi Mater honorificata. *Eccl*: 15. ℣. 12.

℣. Sancte Juda Patrone fidelissime.
℟. Placato à nobis Deum clementiæ.

ORA-

ORATIO.

DEUS, cujus bonitas & clementia exhauriri non potest, aures benignas famulorum famularumque tuarum precibus, inclina, & præsta, ut omnes qui te in Apostolo tuo JUDA THADDÆO devotè recolunt, meritis ejus, petitionis suæ effectum consequantur, Amen.

℣. Benedicamus *Domino*

℟. Deo gratias.

Fidelium animæ Defunctorum &c

AD PRIMAM.

℣. Sancte Juda &c. *cum reliquis ut supra in Matutino.*

HYMNUS.

Duodenos eligebat
Christus quibus decernebat
Munus *A*postolicum,
Dei nutu deputatus
Et THADDÆUS, est relatus

In

In eorum numerum.
Tradidit hic mox divinam
Idololatris doctrinam,
Docens eos impiger;
Per miranda quæ patravit.
Quod docebat, confirmavit,
Augens fidem fortiter.

ANTIPHONA.

In medio Ecclesiæ aperuit Os eius implevit illum Dominus Spiritu sapientiæ & intellectûs, & stolâ gloriæ induit eum. *Eccl:* 15. ℣. 5.

℣. *Sancte* Juda &c. ℟. Placato nobis.

ORATIO *ut supra.*

℣. *Benedicamus.* Fidelium animæ.

AD TERTIAM.

℣. *Sancte* Juda, &c. *ut supra.*

HYMNUS.

Clara Judæ sunt portenta.
Quæ confirmant Instrumenta
Data ab Abagaro,

Huic

Huic à se baptizato:
Falsâ Fide liberato
Profuit auxilio.
Nec in anima curabat,
Regem tantum, quod rogabat)
Juvit & in corpore;
Reddita dum sanitate;
Facta sibi potestate,
Lepram jussit cedere.

Antiphona Eccli 15 v. 3.

Cibavit illum pane vitæ & intellectûs, & à qua sapientiæ salutaris potavit illum Dominus *DEUS* noster.

℣. Sancte JUDA. ℟. Placato nobis.

Oratio ut supra,

℣. Benedicamus. ℟. & Fidelium animæ.

Ad Sextam.

℣. *S*ancte JUDA, &c. ut supra,

Hymnus

Tuus Zelus non quievit.
*S*ancte JUDA, qui non sprevit.
Regionem Persiæ,

Hic Idola confundebas,
Fidem felix invehebas.
Et Mesopotamiæ.
Inde turba sacerdotum,
Conabatur ut te totum,
Quovis modo perderet,
Cúm Te Christum prædicante,
Non Idolum, sicut ante,
Verba prompta redderet.

Antiphona Eccli: 39 v. 4. 5.

In medio Magnatorum ibi ministravit, & in conspectu Præsidis apparuit, in terram alienigenarum gentium pertransijt, bona enim & mala in hominibus tentavit.

℣. Sancte JUDA, ℟. Placato nobis.

ORATIO *ut supra*,

AD NONAM.

℣. Sancte JUDA, &c ut supra.

HYMNUS.

Dum Tu cupis propagare
Christi fidem, Te fugare

Dolus

Dolus Vult Diaboli;
Cui tamen non cessisti,
Imó cunctis ostendisti
Vanas fraudes erebi,
Quidquid mundi, contempsisti;
Quod cæpisti docuisti
Cum gentis solamine;
Operam non perdidisti,
Christo multos peperisti
Verbi DEI semine.
Antiphona: Eccli 36 v. 11.
Ipse palam fecit disciplinam Doctrinæ suæ, & in Lege Testamenti Domini gloriatus est.
℣. *Sancte* JUDA, ℟ Placato nobis.
ORATIO *ut supra.*
℣. Benedicamus &c. Fideliū animæ
AD VESPERAS.
℣. Sancte JUDA, &c. *ut supra.*
HYMNUS
Quam Zelosè conscripsisti,
Colimus Epistolam;

In qua ſtudes nos docere:
Viam Regiam tenere,
Quæ ducit ad Patriam.
Orbis Tibi fert terrarum,
Sancte JUDA Nomen clarum.
Præconis Eximij;
DEI Te dicunt Legatum,
Vindicemque Veritatum
Venerantur Ethnici.

Antiphona; Eccli 39. v. 9.

Ipſe tanquam imbres emiſit eloquia ſapientiæ ſuæ, in oratione. confeſſus eſt Domino.

℣. Sancte JUDA, ℟. Placato nobis. ORATIO *ut ſupra.*

AD COMPLETORIUM

℣. Sancte JUDA &c, *ut ſupra*

℣. Converte nos DEUS ſalutaris noſter.

℟. Et averte iram tuam à nobis.

℣. DEUS in Adjutorium meum intende, &c. *ut ſupra.*

HY-

HYMNUS

Tandem finis eſt dolorum,
Merces venit & laborum,
Larga tollis prœmia;
Virtus Tua triumphavit,
Numen mirè Te ornavit,
Martyrum Laureolâ.
Nam ab his, quos edocebas
Veram fidem, perferebas
Mortem cæſus fuſtibus,
Vitam DEO reddidiſti?
Sed ſic polum ſubiiſti,
Gaudens cum cælitibus.

Antiphona Iacobi, 1. v. 12

Beatus Vir, qui ſuffert tentationem, quoniam cùm probatus fuerit, accipiet coronam vitæ, quã repromiſit DEUS diligentibus ſe.

℣. Sancte JUDA, ℟. Placato nobis.

ORATIO, *ut ſupra*,

℣. Benedicamus Domino

℣. Et Fidelium animæ.

COMMENDATIO.

Apostole Lectissime:
Et Martyr Invictissime
JUDA, preces clientis
Ut consvevisti respice,
Devotæ celer suscipe
Hanc pronitatem mentis.
Attende vim certaminis,
Virtutem pete Flaminis,
Pro qua has preces promo:
Accedit finis staminis.
Horror venit examinis,
Non titubem in bono,
Semper me ad hoc animem,
Nè animam contaminem,
Quæ mens est thesaurus;
Tu meus semper Doctor sis,
Nè mihi sit cum DEO Lis,
Sic mihi manet Laurus.

LITA-

LITANIÆ
DE
S. APOSTOLO
JUDA THADDÆO

KYrie Eleiſon.
Chriſte Eleiſon Kyrie Eleiſon.
Chriſte audi nos,
Chriſte exaudi nos.
Pater de cælis DEUS, Miſerere nobis.
Fili Redemptor mundi DDUS, Miſerere nobis.
Spiritus Sancte DEUS, Miſerere nobis.
Sancta Trinitas unus DEUS, Miſerere nobis.
S. JUDA THADDÆE, JESU &

MARIÆ Confanguinee. Ora pro nobis.

S. Thaddæe, qui Sanctiſſimas Perſonas JESUM & MARIAM videre, earumque ſvavi colloquio frui dignus fuiſti. Ora po nobis.

S. Thaddæe qui Prodigiorum Chriſti fidelis teſtis extitiſti. Ora pro robis.

S. Thaddæe qui à Chriſto ad Dignitatem Apoſtolatûs evectus es. Ora pro nobis.

S, Thaddæe, qui Dilectiſſimo Magiſtro Tuo Chriſto, ſumma cum verecundia pedes lavandos porrexiſti. Ora pro nobis.

S. Thaddæe, qui in ultima Cœna Sanctiſſimam Euchariſtiam è manibus dilectiſſimi Magiſtri ſumma cum Reverentia ſuſcepiſti,

S. Thaddæe, qui mortem Chriſti amarè deplorans poſt Reſurrectionem

ctionem cum gaudiosissimé Cœlos conscendere vidisti.

S. Thaddæe, qui in Pentecoste cum Coapostolis Tuis Spiritu Sancto repletus es.

S. Thaddæe, qui Christo in Cœlos ascendente, in Persidem ad barbaras nationes Evangelio imbuendas Te contulisti.

Ora pro nobis.

S. Thaddæe, qui Doctrinâ Tuâ innumeros infideles ad verã Religionem perduxisti.

S. Thaddæe, qui Spiritûs S. virtute, maxima prodigia patrasti.

S. Thaddæe, qui Regis Abagari animam ab infidelitate, corpus a lepræ contagione mundasti.

Ora pro nobis.

S. Thaddæe, qui Divina virtute Dæmones in idolis elingues fecisti, magorumq præstigias confudisti.

S. Thaddæe, qui belli Duci Baradach pacem cum hostibus prospere componendam vaticinatus es.

S. Thaddæe, qui serpentibus, ne veneno homines inficerent, potestatem ademisti.

S. Thaddæe, qui spretis impiorum minis, veræ fidei dogmata impavidè tradidisti.

S. Thaddæe, qui tandem pro Christi Nomine fustibûs occisus, Sanctum vitæ cursum consummâsti.

Ora pro nobis.

S. Thaddæe, nos clientes Tui.

Ut precibus Tuis, Rectoribus Ecclesiæ, cunctisque Christianis Catholicæ fidei Zelum, & constantiã obtinere digneris Te roga.

Ut Romano Imperatori, omnibusque Principibus Christianis pacem, concordiam, & ad hostes debel,

debellandos, vires impetrare digneris.

Ut DEus meritis Tuis hæreticos ac ethnicos ad veram fidem convertere dignetur.

Ut fidem, ſpem, & charitatem, in nobis augere digneris.

Ut pravas cogitationes, omnesque dæmonis inſidias à nobis avertere digneris,

Ut omnes honori Tuo, devotione addictos, tutelâ Tuâ fovere digneris.

Ut eos à peccatis, eorumque occaſionibus præſervare digneris.

Ut eos ante obitum Venerandis Sacramentis digne expiari facias

Ut eos in agone confortare & contra dæmonum incurſus defendere digneris.

Ut blandam eis, Judicis faciem,

Te rogamus audi nos.

benignam que Sententiam exorare digneris.

Ut eos in regionem viventium, gaudijs æternis potituros introducere digneris.

Agnus DEI qui tollis peccata mundi Parce nobis Domine,

Agnus DEI qui tollis peccata mundi Exaudi nos Domine.

Agnus DEI qui tollis peccata mundi, Miserere nobis

℣. O Sancte JUDA, Tu nobis impetra.

℟. Nè DEUS sumat ibi supplicia.

ORATIO *ut supra*,

℣. Sancte JUDA, ora pro me.

O R E M U S.

GLoriose Christi cognate, Apostole, & Martyr; *S.* JUDA qui vastissimis in regionibus fidem efferatis gentibus disseminâsti virtutibus ac miraculis clarus, innumerabiles

merabiles Filios IESU Christo peperisti: per illum qui Te sibi Apostolum adscivit, precor, ut me miserum à consvetudine peccatorum meorum abstrahas. à cogitationibus immundis me tuis meritis præserves, & in rebus desperatis tuo mihi adsis patrocinio; ac tandem ad cælestem gloriam tuis precibus evehas: ubi Sancta Trinitas adoratur in Patre, & Filio, & Spiritu Sancto, Amen.

ORATIO AD S. JUDAM THADDÆUM.

Singularem apud DEUM Advocatum eorum qui pusillanimitate in adversis pressi, pene ad desperationem propendent.

SAnctissime Apostole, Fidelissime Christi serve & amice; JUDA THADDÆE; qui ob proditoris Nomen ex quorundam simplicitate indebito Tibi cultu deserreris ob Tuam vero Sanctissimam & Apostolicam vitam ubique ferè terrarum à vera Ecclesia specialis calamitosorum, & penè desperantium Advocatus invocaris, & pientissimè coleris. Ora DEUM pro me misero, ut per Tua merita in tribulationibus & angustijs meis consolationem recipiam, DEI ac Tuum auxilium (præsertim in præsenti perturbatione & angustia: NN.) experiar, ac tandem in hora mortis meæ; atque Tecum & cum omnibus Electis DEUM æternum amemus & benedicamus, Amen.

Devotio ad Sanctum DISMAM.

Pœnitentem Latronem.

Magnum Agonizantium Patronum.

NEc minùs mirabilis in S: DISMA látrone fuit DEVS, quem po scelera, ad eum Sanctitatis gradū sublimavit, ut è latrone & confessor, & Defensor Christi, & Martyr. Iuxta S. Augustinum, Propheta: S. Chrisostomum, Evangelista. Iuxta S. Athanasium, & juxta S. Ambrosium, primitiæ crucis Christi effectus, primus Paradisi januas ingredi promeruit.

Cui id specialiter à DEO concessum videtur, ut seriæ pænitentiæ, & gratiæ finalis impetrandæ patronum agat. Quantùm proinde tibi

bona

bona mors est in votis, tantundem sit devotio erga magnum hunc Sanctum Commendata Cum plures, pro felici morte per eum obtinendâ, anniversarium ejus commemorationis die 25 Martij ferventiùs recolunt, alij cum singulis VI. ferijs, qua hic conversus, feliciter obijt, venerantur. Quare Sanctum ut ames venereris & longum æternitatis iter ingressurus viæ comitem eligas, hortor: Hic te ducet optimè; qui primus ad cælum viam invenit; Hunc si sequeris, rectâ ad Paradisum pervenies; quod tibi, mihique unice opto.

HYMNUS.

O DISMA Pœnitentium;
Fatisque Concedentium
Cœlestis Advocate,
Ter fauste ter beate.
In Golgotha qui Passus es,
Christo culpam fassus es.

Et:

Et veniam rogaſti,
Quam lætus impetraſti.
Ne quæſo me tunc deſpice,
Sed ore blando reſpice,
Dum lucta me gravabit.
Fatalis & necabit.
Dum vita ſtabit labilis,
Et ſcindet implacabilis,
Vitale Parca Filum,
Per dulce tunc aſilum.
Ne mortis ad ſententiam
Vel dæmonis præſentiam,
Immanè contremiſcam,
Aut mæſtus ingemiſcam.
At menda vitæ totius,
Piare coner ocyus,
Nec differam Tonantem,
In ultimum quadrantem.
Ut IESUS & MARIA me,
Sicut ſteterunt penes Te,
In morte viſitare.
Diegnentur & juvare.

Ne labe mentem denigrem,
Sed expiatus emigrem,
Tuæque carnis esu,
Confortet o mi JESU
DEUM procura cælitus.
Ut summus hic anthelitus,
Tendentis ad bravia,
Sit JESUS & MARIA.

Antiphona: Dixit Latro ad JESUM. *Domine* memento mei, dum veneris in regnum tuum: Et dixit illi JESUS: Amen dico tibi hodie mecum eris in Paradiso *Lucæ* 13.

℣. DISMA memor sis omnium,
℟. Cum morte conflictantium.

OREMUS.

Misericordissime JEsu qui pendens in ligno Crucis ineffabile misericordiæ tuæ infinitæ specimen in Conversione S. *DISMÆ* Latronis ostendisti. Per Sanguinem tuum

tuum pretiosum pro me in Cruce effusum, obsecro te misericordissime JESU, Concede mihi ingratissimo peccatori efficacem tuam gratiam, ut peccata mea deflere, te toto corde amare & in hora mortis meæ a te audire merear: Hodie mecum eris in Paradiso. Amen.

ALIA ORATIO

SAncte DISMA, qui mirâ DEI Providentia ex nefario Latrone in eximium pœnitentiæ speculum evasisti, & paucas intra horas tibi gaudia comparasti! aspice de sublimi gloriæ tuæ throno in hanc vallem miseriæ. Recordare, ô Sancte mirabilis, mentis humanæ fragilitatis ad malum semper, quàm ad bonum, magis proclivis: recordare & pro nobis ad DEUM appella, ut sicut per gratiam suam

efficacem ad pœnitentiam, & Paradisi cælestis gloriam te perduxit ita nos famulos, & famulas, eadem efficaci gratia ad dignos pœnitentiæ fructus impellat: ut peccata tecum abolentes piè tibi commoriamur perenniter exultemus. Amen.

LITANIÆ
De mirabili S. Pœnitente Latrone
DISMA.

KYrie eleison, Christe eleison, Kyrie eleison.
Christe audi nos,
Christe exaudi nos.
Pater de Cælis DEUS, Miserere nobis.

Fili Redemptor mundi *DEUS*,
Miserere nobis,
Spiritus Sancte DEUS, Miserere nobis.
Sancta Trinitas unus DEUS, Miserere nobis.
Sancta MARIA, Refugium peccatorum. Ora pro nobis.
S. DISMA Latro Pænitens, Ora pro nobis.
S. *Disma* probe Christi Discipule, Ora pro nobis.
Quem Christus horâ Sextâ convertit.

S. DISMA
Qui media hora: ex nequam, perfectissimus evasisti.
Martyr, & Collega Christi Martyrij.
In Sanguine tuo Baptizate.
Testis innocentiæ Christi,
Advocate Christi,
Ora pro nobis

Camille & Minister Christi in Sacrificio,

Primitiæ Crucis Christi, atque credentium,

Ut Latro Crucifixe & repente Evangelista facte,

Ex Latrone Propheta, & ex Cruce Prædicator.

Coram magna multitudine hominum,

Christum Messiam é Crucis suggestu Prædicans,

Concionator illustris,

Christum quem Petrus negavit confesse,

Cui precibus suis Beatissima DEI, Genitrix MARIA conversionem impetravit,

Latroni blasphemanti silentium imponens,

S. DISMA, Ora pro nobis.

Qui in Cruce confessus es peccata tua,

Plena-

Plenariâm Indulgentiam quoad pœnam, & culpam, à Chrsto consecute,

Cui Christus ipsemet in Cruce paradisum promisit,

Qui præcipuas virtutes, Fidem Spem, charitatem in Cruce acceptas conservasti,

Magna Aquila per aêrem volans in Paradisum,

Cui voluntas bona in Cruce profuit,

Qui prior quam Apostoli ad Paradisum pervenisti,

Archangele Paradisi,

DISMA Primogenite Fili, Christi Crucifixi,

S. DISMA — Ora pro

Nos miseri peccatores Te rogamus audi nos,

Ut veram nobis contritionem, dignamque peccatorum satisfactionem à *DEO* impetrare digneris. Te rogamus audi nos.

Ut

Ut meritis tuis, a lethalibus nos DEUS noxijs prævertere, & veniales clementer indulgere digneris,

Ut gratiam nobis, in vera Catholica Fide vivendi, ac moriendi obtinere digneris

Ut hoſtes infernales, in puſillanimitatem, vel deſperationem nos deturbare non valeant,

Ut firmam nobis à *DEO* ſpem, & filialem in merita Chriſti fiduciam impetrare digneris.

Ut DEI roborati gratiâ, omnem erga proximū, rancorem, odium, ac inimicitiam deponere valeamus:

Ut mentes noſtræ, Te intercedente igne divini amoris accendantur,

Ut omnes languores, & dolores à benigna DEI manu, humiliter

Te rogamus audi nos

acceptare

acceptare, & patienter perferre possimus.

Ut venerandis Ecclesiæ Sacramentis, sacræ Eucharistiæ & extremæ Unctionis ante obitum muniri mereamur.

Ut nobis gratiam, in agone mortis SS. IEsu & MARIÆ Nomina, ore vel corde saltem devotè invocandi, exorare digneris,

Ut animas nostras, corpore separatas in tutelam tuam suscipere, & earum coram districto Judice causas agere digneris.

Venerande DISMA Sancte mirabilis, Te rogamus audi nos.

Agnus DEI qui tollis peccata mundi, Parce nobis Domine,

Agnus DEI qui tollis peccata mundi, Exaudi nos Domine.

Agnus DEI qui tollis peccata mundi, Miserere nobis.

ORATIO S. BRIGITTÆ
ex Revelatione.

BEnedictio æterna ſit tibi *Domine* mi IESU Chriſte qui exiſtens in mortis agonia omnibus peccatoribus ſpem de venia tribuiſti quando Latroni ad te converſo, Paradiſi gloriam miſericorditer promiſiſti.

O DISMA Latro pœnitens ;
  Lectiſſime Patrone ?
Sis mihi Tutor moriens,
  Dum luctor in agone,

OF-

OFFICIUM De B. IOANNE. NEPOMUCENO.

SANCTUS SANCTUS SANCTUS.
Dominus DEUS Sabaoth pleni ſunt Cœli & Terra gloriâ tuâ.

AD MATUTINUM.

Dmine Labia mea aperies &c.
DEUS in Adjutorium meum intende.
Domine ad adjuvandum, &c.
Gloria Patri, & Filio, & Spiritui Sancto, &c.

Alleluia. vel Laus tibi Domine Rex æternæ gloriæ.

HYMNUS

ORbi Nepomucum dedit
Te Ioannes: suum credit
Patronum Bohemia,
In qua Tuæ Pietatis;
Admirandæ Sanctitatis,
Corruscant insignia.

℣. *Domine nè elongaveris auxilium tuum à me.*

℟. *Ad defensionem meam conspice.*

DEUS cui debetur omnis honor & gloria per gloriosa merita S. Martyris tui Ioannis Nepomuceni Te suppliciter exoro, ut omnem infamiam & confusionem publicam undecunque mihi impendentem misericorditer avertere digneris, & concede sic uti honore temporali, ut æternam confusionem

nem evadere & in Cœlesti gloria merear collocari. Per Dominum nostrum Iesum Christum Filium tuum, qui ab æterna confusione, ignominiosa morte Crucis, nos redemit, & nunc tecum vivit & regnat Deus in sæcula seculorum, Amen.

AD PRIMAM

Deus in adjutorium meum &c.
Gloria Patri & Filio, &c.
Alleluia vel Laus tibi *D*omine
Rex æternæ gloriæ.

HYMNUS.

DEI Mater impetravit,
Quod sis mire, procuravit,
Natus thoro sterili.
Flammæ cæli confirmarunt,
Prolem *S*anctam Te monstrarunt,
Signo non fallibili.
℣. *Ad te Domine levavi animam meam.*

℟. *Deus meus in Te confido non erubeſcam.*

ORATIO *ut ſupra.*

AD TERTIAM

Deus in adjutorium meum &c.
Gloria Patri & Filio, &c.
Alleluia vel Laus tibi Domine,
Rex æternæ gloriæ,

HYMNUS

VIx Sacerdos ordinatus
Es, ferventer mox zelatus,
Solam *Dei* gloriam,
Divinum ſemen ſparſiſti,
Populos poſt te traxiſti,
Per miram facundiam.

℣. *Cuſtodi animam & erue me,*
℟. *Non erubeſcam quoniam ſperavi in Te.*

ORATIO *ut ſupra.*

AD SEXTAM

Deus in adjutorium meum &c.
Gloria Patri, & Filio, &c.

Alle-

Alleluiá; vel *Laus tibi* Domine
Rex æternæ gloriæ.

HYMNUS

TE Reginæ Confessorem.
Virtus fecit & censorem,
Mirandæ Prudentiæ,
Ab hac Pater vocitatus,
Vnus suæ declaratus,
Testis conscientiæ,

℣. *Suscipe me Domine secundum eloquium tuum.*

℟. *Et non confundas me ab expectatione mea.*

ORATIO *ut supra.*

AD NONAM

Deus in adjutorium meum &c.
Gloria Patri, & Filio, &c.
Alleluia vel Laus tibi Domine
Rex æternæ gloriæ.

HYMNVS

SÆvus piger Imperator,
Malorum clarus patrator,

Pollicetur pessima.
Ni quæ dixit Sacramento,
Tu propales in momento,
Vxoris peccamina.
℣. *In te Domine speravi non confundar in æternum,*
℟. *In Iustitia libera me.*
OTATIO *ut supra.*
AD VESPERAS.
Deus in Adjutorium meum &c.
Gloria Patri. & Filio, &c,
HYMNVS.
ARcanum custodivisti,
Ob quod lætus subivisti,
Tormentorum genera.
Aquis tamen suffocatus
Effectus quòd sis Beatus,
Prodiderunt sidera.
℣. *Intende animæ meæ & libera eam*
℟. *Propter inimicos meos eripe me.*
ORATIO. *ut supra.*
AD

AD COMPLETORIUM

Converte nos Deus ſalutaris noſter
Et averte iram tuam a nobis.
Deus in adjutorium meum &c.
Gloria Patri, & Filio, &c.
Alleluia vel Laus tibi *Domine.*
Rex æternæ gloriæ.

HYMNUS

TUmulatus nunc quieſcis,
Et in dies illuceſcis,
Præclaris miraculis,
Es certus famæ Patronus,
Nos à malæ famæ pronus,
*D*efendas periculis.

℣. *Domine non confundar,*
℟. *Quoniam invocavi te.*

ORATIO *ut ſupra.*

COMMENDATIO

SUſcipe quas dedimus Joannes Beate,
Tibi preces Supplices, noſter advocate.

Fieri, dum vivimus, ne ſinas infa-
mes.
Et noſtros poſt obitum cælis infer
Manes.

ORATIO

SAncte Ioannes Martyr ac Patrone Nepomuci in Bohemia oriunde, Templi S. Viti, in Arce Pragenſi Canonico eó quód ad inſtantiam Venceſlai IV. Regis (ulciſci ſe de conjuge, ſæpe illum de vita corrigenda monente, volentis) ante & poſt torturam Confeſſionem Auguſtæ propalare recuſaſti, in flumen Moldavam, ex ponte præcipitatus, à luminibus noctu ſupra flumen, ubi corpus tuum jacuit, apparentibus, certiſſimis tuæ innocentiæ & Sanctitatis teſtibus, oſtenſus, ſolenniter ab univerſo Clero ac populo: ad Cathedrale Templum deportatus fuiſti,

ubi usque hodie, qui tuum Sepulchrum dehonorant, vulgi infamiã effugere non solent. Tu ergo admirandam, inauditam, ac sempiternam memoriam secreti Exomologeteos, post te reliquisti, per hæc tua merita & dona divinitus tibi concessa, precamur suppliciter ac fiducialiter, ut ira ejus conquiescat, peccatorum pænás, uti pestem bellum famem aliasque tam corporis, quàm animæ plagas clementer avertat & ut nos ante obitum confiteri, pro peccatis satisfacere, omne periculum & sæculi dedecus, hominum scandalum effugere Deo placere, adhærere, vitam laudabiliter concludere, & ad vitam æternam pervenire possimus Per Christum Dominum nostrum Amen.

LITANIÆ DE B. IOANNE NEPOMUCENO.

Cujus memoria 16. Maij colitur.

KYrie eleiſon Chriſte eleiſon Kyrie eleiſon.
Chriſte audi nos, Chriſte exaudi nos.
Pater de Cœlis Deus, Miſerere nobis
Fili Redemptor mundi *Deus*, Miſerere nobis.
Spiritus *Sancte Deus*, Miſerere no:
*S*ancta Trinitas unus Deus Miſerere
Sancta MARIA Ora pro nobis.
San-

Sancta Dei Genitrix, Ora pro no.
Sancta Virgo Virginum, Ora pro.
Sancte JOANNES Nepomucene
Ora pro nobis.
Mariani cultûs promotor amabilis.
Præcursoris Domini Pedisseque.
Dilecti Discipuli Joannis imitator
Virginee. Ora pro nobis.
Nove Joannes silentiare Ora pro
Nostri Tēporis magne Thaumaturge
Arcanorum cælestium conscie. Ora.
A Spiritu Sancto scientiis desuper
instructe. Ora pro nobis
Doctrinæ pariter ac Sanctitatis laureâ insignite. Ora pro nobis.
Præfulgens lumen Metropolitanæ
Ecclesiæ Pragensis. Ora pro.
Regis Regum intimè consiliarie.
Tribunalis clemētissimi possessor indefesse. Ora pro nobis.
Sancte Dei mihi in Patronum è
millibus electe. Ora pro nobis.

Omnium actionum tuarum splendor unice.
Sancte Joannes Nepomucene.
Propitius esto Parce nobis Domine
Propitius esto exaudi nos Domine.
Ab omni malo, Libera nos Domi:
Ab omni peccato Libera nos Dne.
Ab omni scandalo Libera nos Dne
Ab omnis delicti suspicione. Libe-
Ab ignominia mundi. Libera nos.
A confusione æterna Libera nos.
A damnatione perpetua. Libera.
A sacrilega Confessione, Libera.
A periculis corporis & animæ, Li.
A procrastinatione pænitentiæ Li.
Ab angustijs & perturbationibus conscientiæ, Libera nos Domine
Ab omni mendacio & fallacia. Li.
A falsis fratribus & subdolis amicis.
A mala & perversa conversatione
Ab arrogante præsidentia & præsumptione. Libera nos Domine

Adubia seu per suppositiorum fide.
A falsa accusatorum delatione. Li.
A secretorum communicatorum revelatione. Libera nos Domine
Ab Officiorum periculosorum administratione. Libera nos Dne.
Per summam sanguinis tui vilipensionem. Libera nos Domine.
Per iniquissimam a Iuda proditore traditionem, Libera nos Dne,
Per ignominiosam pedum conculcationem. Libera nos Domine.
Per maximam alapæ in domo Annæ acceptæ injuriam Libera nos.
Per impactam tibi à Caipha blasphæmiam. Libera nos Domine
Per albæ vestis apud Herodem indutæ ignominiam. Libera nos Dne.
Per probrosam corporis tui in flagellatione denudationem. Lib:
Per totius vultus tui virginei erubescentiam. Libera nos Domine

Per

Per illusionem Divinæ Personæ tuæ Regis titulo per ironiam signatæ. Libera nos Domine.
Per contumeliosas falsorum testiū accusationes. Libera nos Dne.
Per injuriosam cum Latrone Barabba comparationem. Libera nos.
Per turpissimam ad Crucis supplicium condemnationem. Libera.
Per infamem cum Latronibus mortem. Libera nos Domine.
Per toleratas in cruce Pharisæorum irrisiones. Libera nos Domine
Per tuam inter maxima hominum flagitia patientiam. Libera nos.
Per intercessionem S. Joannis Nepomuceni. Libera nos Domine.
In die Judicij. Te rogamus audi nos.
Peccatores. Te rogamus audi nos.
Ut nobis parcas. Te rogamus aud.
Ut nobis indulgeas. Te rogamus au.

Ut ad veram pænitentiam nos perducere digneris. Te rogamus au.

Ut peccatorum nostrorum facilem cognitionem & integram confessionem nobis largiri digneris,

Ut in perplexis ac dubijs conscientiæ casibus nos resolvere digneris.

Vt peccatorum nostrorum indulgentiam absolutionem remissionẽ nobis impertiri digneris Te ro.

Vt inimicos Sanctæ Ecclesiæ humiliare digneris. Te rogamus audi.

Vt cultum ac venerationem B. Joannis Nepomuceni propagare ac dilatare digneris. Te rogamus.

Vt omnibus ejusdem clientibus facilem aurem præbeas. Te roga.

Vt nos à pudore mundano & à confusione æterna eripias. Te.

Fili Dei. Te rogamus audi nos.

Agnus Dei qui tollis pecata mundi. Miserere nobis. Agnus. &c.

Chriſte audi nos, Chriſte exaudi nos. Kyrie eleiſon Chriſte eleiſon Kyrie eleiſon. *Pater noſter, &c.*

Et ne nos inducas in tentationem. Sed libera nos à malo.

℣. Adhæſi teſtimonijs tuis Domine

℟. Noli me confundere.

℣. Suſcipe me ſecundùm eloquium & vivam.

℟. Et non confundas me ab expectatione mea.

℣. Fiat cor meum immaculatum in juſtificationibus tuis,

℟. Ut non confundar in æternum.

℣. Fac me ſignum bonum, ut videant qui oderunt me & confundantur.

℟. Quoniam tu Domine adjuviſti me & conſolatus es me.

Domine exaudi orationem meam,

Et clamor meus ad te veniat.

ORe-

OREMUS.

ADesto Domine precibus nostris, quas in memoriam Beati Joannis Confessoris fundimus; ut ejus intercessione. & meritis ab infamia & temporali derisu liberati, ante obitum confessi & pænitentes ad æternæ beatitudinis portum venire mereamur. Per Christum Dominum nostrum, Amen.

ALIA ORATIO

OMnipotens & misericors Deus concede propitius ut qui in merita Divi Joannis Nepomuceni confidimus, ejus potenti intercessione ex omni infamia & confusione publica, tam temporali, quàm æterna hujus & alterius vitæ, & vel maximè ex imminenti, tali NN. periculo per pijssimam tuam misericordiam eruamur. Per Christum Dominum nostrum, Amen.

COM-

COMMENDATIO
Ad S. IOANNEM Nepomucenum.

O Sancte Ioannes Nepomucene Patrone mi, veneror te in gloriâ Cælesti aurea coronâ immortalitatis amictum, & inter filios Dei computatum, simul etiam ad te confugio, orans supplex: ut me tibi à divina bonitate commissũ hodie, & totâ vitâ meâ tuo patrocinio protegas; & à pudore mundano custodias, Amen.

ALIA ORATIO.

DEus Cordis mei, sinè cujus nutu ne capillus quidem de capite nostro perit; te per gloriosa merita fidelis tui servi Joannis Nepomuceni, qui de ponte Pragensi in Moldavam dejici, & mergi maluit, quam sacrosanctum Confessionis sigillum Regi revelare, suppliciter oro ut in hoc tibi noto hono-

ris

ris mei manifesto periculo mihi pro benignitate tua subvenire, mèque âb omni confusione ac infamia eruere digneris nè gaudeant super me inimici mei. Amen.

NOVENNA

Vel modus colendi S Antonium de Padua per novem dies Martis.

QVanta misericors DEVS quotidie per S. ANTONIVM beneficia concedat afflictis, idipsum experientiâ didicêre ii, qui piis obsequiis, & maximè frequentata, per novem dies Martis, devotione, beatissimum hunc Confessorem sibi devincere studuerunt.

Experta est ante omnes, Bononiæ in Italia nobilis illa Matrona, quæ anno

ſalutis 1617 *hac devotione, ipſo Sancto eam monente, primùm utens gratiam obtinuit ſingularem. Hæc viginti jam duos annos in matrimonio infæcunda, dum divo lachrymis, precibusque frequentibus pro obtinenda prole ſupplicat, in ſomno eundem multo lumine coruſcum videt & ſibi dicentem audit:* Imaginem meam in Fratrum Minorum Eccleſia novem diebus Martis inviſens, gratiam, quam petis, impetrabis. *Paret mulier, concipit ex marito. Sed ille tot annis ſterilem, nunc gravidam uxorem de adulterii crimine ſuſpectam miſere habet. Interea accedente partûs tempore, parit mulier monſtrum potius quàm hominem. Sed, ô rem, omnibus retro ſæculis inauditam! dum monſtrum hoc faſcijs involutum, & ad Altare S. Antonij delatum pia Mater eidem devotiſſimis precibus*

commendat;

commendat, primo infantis cujusdam vox auditur ex fascijs cum monstro depositis & hisce mox explicatis formosa proles reperta est Cujus rei fama dum Italiam pervagatur, devotioni huic qua per novem Martis dies S. Antonius colitur, initium dedit. Vnde nunc Christianorum quàm plurimi, ut ab imminentium, vel etiam præsentium miseriarum acerbitate liberentur, aut beneficium aliquod tum corporale, tum spirituale impetrent, tam salutari vacant devotioni

Vis & tu, benevole lector à S Viro auxilium in tribulatione, novem diebus Martis, altare, aut imaginem ejus in templo Franciscanorum invise, officium ejus, vel, Litanias, prout devotio tibi suggerit, recita & quàm gloriosus sit in sancto suo DEVS, experieris, Vt faciliùs patrocinante Divo Clementiam Numinis tibi

concilies, confessio suadetur & Communio ad minus in principio, medio, & fine, & quoties gravioris delicti ream inveneris conscientiam.

OFFICIUM PARVUM

AD MATUTINUM.

ECce Crucem Domini ✠ fugite partes adversæ. Vicit Leo de tribu Juda, radix *David* Alleluia.

℣. Domine labia mea aperies.

℟. Et os meum annuntiabit laudem tuam.

℣. *Deus* in adjutorium meum intende.

℟. Domine ad adjuvandum me festina.

Gloria

Gloria Patri, & Filio, & Spiritui S,
Sicut erat in principio & nunc & semper, & in sæcula sæculorum. Amen. Alleluia. vel Laus tibi Domine, Rex æternæ gloriæ.

HYMNUS.

Tua festa, tua gesta,
O Antoni celebrat
Urbis lætus nostræ cœtus,
Tota tellus jubilat.
Quo Concive, mentes Divæ
Cœlitum per atria
Gaudent, grato Advocato
Nostra plaudit Patria.
Quid ni plaudat? quæ te laudat
Toto cordis jubilo,
Lætiore psallit ore
Absque mentis nubilo,
Est experta fide cera
Quàm se piè diligas,

Jesum quando deprecando
Ei reconcilias.
Unitati, Trinitati
Sit perennis gloria,
Jncarnati Dei nati
Perpes sit memoria. Amen.

Antiphona.

O Proles Hispaniæ, pavor infidelium nova lux Italiæ, nobile depositum urbis Padvanæ; fer Antoni gratiæ Christi patrociniū, ne pro lapsis, veniæ tempus breve creditum, defluat inane.

℣. Justum deduxit Dominus per vias rectas,

℟. Et ostendit illi regnum Dei.

O R E M U S.

OMnipotens sempiterne Deus, qui B. Antonium Confessorem tuum Sanctorum gloriâ sublimâsti, & in nomine ejus petentibus postulata concedis: tribue quæsu

mus; ut qui ejus implorant auxilium, petitionis suæ salutarem consequantur effectum. Per Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum, qui tecum vivit & regnat in unitate Spiritûs Sancti Deus, per omnia sæcula sæculorum, Amen.

AD PRIMAM.

℣. Deus, in adjutorium meum intende,
℟. Domine ad adjuvandum, &c.
Gloria Patri &c.

HYMNUS.

QUis profundis mersus undis
Per nefanda crimina,
Clamat pressus, pulsat fessus
Gratiarum limina;
Cui non Jesus, quamvis læsus
Te rogante aperit?
Quisquis dolet, quidquid volet.
Te juvante reperit.
Unitati, &c.

Antiph. Conterit miraculis peccatorum dentes, Sponſam Chriſti patulis rictibus mordentes.

℣. Juſtus ut palma florebit.

℟. Sicut Cedrus Libani multiplicabitur.

Oratio ut ſupra.

AD TERTIAM

℣. Deus in adjutorium, &c.

℟. Domine ad adjuvandum, &c.

HYMNUS.

QUis amaras fert ad aras
  Tuas, nubes pectoris?
Quis fert duras mentis curas,
  Quis languores corporis?
Quem non duce Jeſu, luce,
  Quâ nites; illuminas;
Das levamen, fers ſolamen
  Nubes pellis turbidas.
Unitati, &c.

Antiph. Totus in te sitiens Deus, ad te vigilans extitit de luce: tu fons indeficiens, tu lux illi rutilans, qui sitis in cruce.

℣. Amavit eum Dominus, & ornavit eum,

℟. Stolam gloriæ induit eum.

Oratio ut supra.

AD SEXTAM.

℣. Deus in adjutorium &c.

℟. Domine ad adjuvandum; &c.

Gloria Patri &c.

HYMNUS.

NUnquam bellæ jubar stellæ
Sic è Cælis emicat,
Sed nec tota solis rota
Ita flammas explicat,
Ut mæroris, & doloris
Nubes fugat inclytus,
Luce gratâ cælis datâ
Fulgens sol Antonius.
Unitati &c.

Antiph. Cæli, terræ, mare benedicant Dominum cunctæ creaturæ, qui tot per Antonium signis auget hominum vitá spem.

℣. Os Justi meditabitur sapientiã.

℟. Et lingua ejus loquetur justitiam.

Oratio ut supra.

AD NONAM

℣. Deus in adjutorium &c.

℟. *Domine* ad adjuvandum &c.

HYMNUS.

Quisquis orat, dum implorat
 Jesum per Antonium,
Illi datur, quod rogatur
 Si quis pulsat ostium,
Referatur, dum precatur,
 Nemo mæstus abiit,
Qui gemente voce, mente,
 Servum Dei adiit.
Unitati &c.

Antiph.

Antiph. Sono tubæ, timpano cytharâ psalterio, cimbalisque Deum choro, choreis, organo, laudet in Antonio mysticè.

℣. Lex Dei ejus in corde ipsius

℟. Et non supplantabuntur gressus ejus.

ORATIO *ut supra.*

AD VESPERAS.

℣. Deus in adjutorium, &c.

℟. Domine ad adjuvandum&c

HYMNUS,

O Mi Deus Amor meus.
 O Jesu dulcissime!
Destitutis spe salutis
 Consolator optime!
Tu splendore clariore
 Illustras Antonium,
Et per acta mirè facta
Efficis prodigium
 Unitati, &c.

Antiph. O lingua benedicta, quæ *Dominum* semper benedixisti & alios benedicere fecisti, nunc manifestè apparet quanti meriti apud Deum extitisti.

℣. Gloria & honore coronâsti eum Domine.

℞. Et constituisti eum super opera manuum tuarum.

Oremus. ut supra

AD COMPLETORIUM.

℣. Converte nos Deus salutaris noster,

℞. Et averte iram tuam nobis,

℣. Deus in adjutorium meum intende,

℞. Domine ad adjuvandum me festina, Gloria Patri, &c.

HYMNUS.

PEr hunc bona nobis dona
Tuæ confer gratiæ,
Per quam tui detur frui
Nobis vultûs facie,

Ut translati, cum beatis
Fausto cœtu agminis
Te amemus, te laudemus
Sempiternis canticis.
Unitati. &c.

Antiph. Nobis fac propitium, à quo recepisti cordis desiderium, vitam, quam, petisti.

℣. Ora pro nobis Beate Antoni,

℟. Ut digni efficiamur promissionibus Christi.

OREMUS. *ut supra.*

COMMENDATIO.

O Antoni, JESU boni,
Serve fidelissime,
Quo nunc gaudes, hasce laudes
Mitis à me suscipe.
Roga Jesum, per me læsum,
Ut dimittat crimina.
Quo finitâ carnis vitâ
Cœli scandam limina, Amen.

LITA-

LITANIÆ.

De

S. ANTONIO

PADVANO.

KYrie eleiſon, Chriſte eleiſon, Kyrie eleiſon.

Chriſte audi nos,

Chriſte exaudi nos.

Pater de Cælis DEUS, Miſerere nobis.

Fili Redemptor mundi DEUS, Miſerere nobis.

Spiritus Sancte DEUS, Miſerere nobis.

Sancta Trinitas unus DEUS, Miſerere nobis.

Sancta MARIA, Ora pro nobis.

Sancta Dei Genitrix, Ora pro nob.

Sancta Virgo Virginum, Ora pro.

S. Antoni Padvane,
Vir Apostolice,
Gloria Ordinis;
Amator castitatis,
Sectator Paupertatis,
Fili obedientiæ,
Speculum continentiæ,
Vas puritatis,
Stella sanctitatis
Flamma charitatis,
Rosa patientiæ,
Columna Ecclesiæ,
Arca testamenti,
Doctor veritatis,
Prædicator gratiæ,
Extirpator criminum,
Eversor hæreseon,
Pavor infidelium,
Zelator animarum,
Martyr desiderio,
Vates futurorum,
Terror dæmonum,

Ora pro nobis.

Ora pro nobis.

Susci-

Suſcitator mortuorum
Conſolator, afflictorum,
Reſtitutor rerum perditarum,
Jugis patrator miraculorum,
Noſter dulciſſime Pater, Protector, & Patrone,

Ora pro nobis.

Propitius eſto, Parce nobis Domine.
Propitius eſto, Exaudi nos Domine.
Ab omni malo, Libera nos Domine.
Ab omni peccato, Libera nos Domine.
Ab ira tua, Libera nos Domine.
Ab inſidiis diaboli.
A peſte fame & bello;
A fulgure & tempeſtate.
A ſubitanea & improviſa & mala morte.
A morte perpetua,
Per merita S. Antonii,
Per ardentiſſimam ejus charitatem.

Ora pro nobis.

Per ejus zelum convertendi peccatores,

Per

Per ejus deſiderium martyrii.
Per omne quidquid tuâ gratiâ tibi placitum peregit,
In die judicii,
Peccatores,
Ut nobis parcas,
Ut nobis indulgeas,
Ut ad veram pœnitentiam nos perducere digneris,
Ut divini amoris ignem in nobis accendas,
Ut mentes noſtras ad cœleſtia deſideria erigas,
Ut interceſſionis, & meritorum Beati Antonii nos efficias participes,
Ut omnibus ad eum confugientibus, mentis & corporis ſalutem tribuas,

Te rogamus audi nos.

Agnus DEI qui tollis peccata mundi, Parce nobis Domine,
Agnus DEI qui tollis peccata mundi, Exaudi nos Domine.

Agnus DEI qui tollis peccata mundi, Miserere nobis.
Christe audi nos,
Christe exaudi nos.
Kyrie eleison,
Christe eleison,
Kyrie eleison.
Pater noster. &c.
℣. Et ne nos inducas in tentationẽ,
℟. Sed libera nos à malo
℣. Ora pro nobis Beate Antoni,
℟. Ut digni efficiamur promissionibus Christi.

OREMUS.

OMnipotens Æterne DEUS, qui Sanctorum tuorum splendor es admirabilis, inter quos B. Antonium perpetuis miraculorum splendoribus illustratum, quasi lucernam ardentem in Ecclesia constituisti: te supplices exoramus; ut solutis pecca-

torum

torum vinculis ejus meritorum nos participes efficias, & post mortalis vitæ cursum ad gaudia perducas æterna. Per Christum Dominum nostrum, Amen.

℣. Divinum auxilium maneat semper nobiscum.

℞. Amen.

RESPONSORIUM.

In miraculorum Beati Antonii memoriam, à Sancto Bonaventura compositum.

SI quæris miracula: mors, error calamitas, dæmon, lepra fugiunt, ægri surgunt sani: cedunt mare, vincula: membra, resque perditas petunt, accipiunt juvenes & cani. Gloria Patri, & Filio, & Spiritui Sancto. Cedunt mare vincula: membra, resque perditas petunt, & accipiunt juvenes & cani.

℣. Ora pro nobis B. Antoni,

℟. Ut digni efficiamur promissionibus Christi.

OREMUS.

Mitissime, ac clementissime JESU, qui Beatum Antonium Confessorem tuum, perpetuis illustras miraculorum splendoribus, concede propitius; ut quæ per ejus merita fideliter petimus, per ejus intercessionem efficaciter consequamur. Qui vivis & regnas DEUS, in sæcula sæculorum, Amen.

HYMNUS.
Ad
S. ROSALIAM,
Virginem contra Pestem Patronam.

AVe Rosa sine spina
Contra pestem medicina,
Rosalia Dux inclyta,
Recens à mundo cognita.
Exemplum secuta Christi,
Mundum relinquens sprevisti.
Quidquid Pater offerebat,
Quidquid Aula promittebat.
Ad montana procurristi,
Specum ferro pertudisti,
Monitorem ut haberes
Propositi, quem videres.
Angeli te docuerunt,
Modum novum ostenderunt
Quo Deo preces solveres,
Rosas fragrantes mitteres.

Antrum

Antrum Cœlum habuisti,
In quo Christum conspexisti,
Apostolis comitatum,
Angelis, Matre, stipatum
Ab hoc coronâ donata,
Ad nuptias invitata,
Terras libens reliquisti
Cœlum felix introisti.
Tua sacra post hoc Ossa,
Nulla unquam texit fossa
Sed rupes aqua jugiter
Stillans, occlusit fortiter.
Post tot sæcla revelata,
Jn Patronam orbi data:
Contra pestem nobis fave;
Dum tibi sonamus Ave
Laus, honor, sit Majestati,
Uni Trinæ Deitati,
Rosaliam exaltanti,
Pestem per eam sedanti, Amen.

Oremus

Oremus.

DEUS, qui corpus famulæ tuæ B. Rosaliæ Virginis, post tot sæcula intra montes inventum, contra sævientem pestilentiam sacrum amuletum fidelibus tuis esse voluisti, præsta supplicibus tuis: ut qui sacras ejus reliquias colimus & cõmemoratione lætatnur, ejus quoq; intervenientibus meritis à præsentibus periculis, & à malo pestilentiæ liberemur. Per Dominum nostrum &c.

HYMNODIA.
DE
S. JOSEPHO,

SAlve Pater Salvatoris,
Salve Custos Redemptoris
Joseph ter amabilis.
Salve Sponse Matris DEI,
Salve hospes JESU mei,
Joseph ter amabilis.

Dul-

Dulces cunæ, dulces panni;
Dulces dies, dulces anni;
Dum nutristi Dominum.
O quàm fuit admiranda,
Tua vita veneranda,
Habens DEI Filium.
JESUM oculis vidisti,
Et in brachiis tulisti,
O ſvavis felicitas!
Genis genas admovisti,
Oſcula dans accepisti,
O felix ſvavitas!
Modò DEUM appellâsti,
Modò Regem nominasti,
Inter mille gaudia.
Modò Patrem adorandum,
Modò natum adamandum,
Inter mille baſia.
JESUM brachiis tenere,
Atque totum poſſidere,
O quantæ divitiæ!

Cum Maria conversari,
DEI Natum amplexari,
O quantæ deliciæ!
Quis est Homo qui amare,
Atque IEsulum portare
Nollet suis brachiis;
Nullus est qui, non ambiret,
Et qui cunas non adiret,
Pro tantis deliciis
O mi Joseph plùs amande,
Et præ cunctis honorande,
O flos pudicitiæ!
Tibi tanta sors est data,
Quanta nulli est collata
Ab Auctore gratias.
O felicem & beatum,
Custodiri cui est datum,
Tuo sub præsidio
Et qui meruit habere
Te Patronum & gaudere,
Tuo Patrocinio!

Per Mariæ tuæ Matris,
Preces & Josephi Patris,
JESU tu nos adjuva.
Ut possimus te videre,
Et æternùm possidere,
In cælesti Patria Amen.

℣. Valde honorandus & amandus est B. Iosephus.

℟. Inter cujus brachia Dominus recubuit. *Oremus.*

OMnipotens sempiterne Deus, qui B. Josephum Iustum filium David, Beatissimæ Virginis Mariæ Sponsum providisti, & Filio tuo JESU Christo Nutritium elegisti; da quæsumus, ut ejus precibus, & meritis, tranquillâ pace lætemur, & ad perpetuæ visionis tuæ consolationem perducamur. Per eundem Dominum nostrum JESUM Christum Filium tuum; qui tecum vivit & regnat in unitate Spiritus S. Deus, per omnia sæcula sæculorum, A.

HYMNUS.
Ad
S. BARBARAM.

AVe Martyr glorioſa,
Barbara mundum peroſa:
Paradiſi vernans roſa,
Caſtitatis lilium.
Ave Virgo pulchra tota,
Charitatis fonte lota:
Dulcis, mitis, & devota,
Vas virtutum omnium.
Ave criminis ignara,
Sponſum audis voce clarâ:
Veni pulchra, veni chara,
Veni coronaberis.
Ave Barbara ſerena,
Pulchra quaſi luna plena:
Singulari cantilenâ,
Sponſum Agnum ſequeris,
Ave Barbara Beata;

Quæ cum ſponſo præparata,
Nuptiarum ad optata,
Tranſiviſti gaudia.
Ave fulgens Margarita,
In corona JESU ſita:
Tam in morte quàm in vita,
Sis nobis propitia.

℣. Specie tua & pulchritudine tua,
℟. Intende proſpere, procede & regna.

Oratio.

INterceſſio nos quæſumus Domine B. Barbaræ Virginis & Martyris tuæ ſemper adjuvet, ut imparati & ſubitò non moriamur, ſed ante diem mortis noſtræ Sanctiſſimi Corporis & Sanguinis tui, ſacrique Olei unctionis Sacramentis ſalubriter muniamur, ab omni malo protecti, ex hoc exilio, ad cœleſtem patriam perducamur. Qui vivis & regnas Deus in ſæcula ſæculorum, Amen.

HYMNUS.
Ad
S. ROCHUM,
Confeſſorem.

AVe Roche Sanctiſſime,
Nobili natus ſanguine,
Crucis ſignaris ſchemate,
Siniſtro tuo latere.
Tu, qui profectus peregrè,
Peſtiferâ tactos lue.
Plús quám arte Angelicâ,
Ope ſanaſti cœlicâ,
Numinis in præſentia.
Noſtra nunc ſerva corpora
Et crucis per ſubſidia,
A peſte mundum libera.

Antiph. O quàm magnificum eſt nomen tuum, Beate Roche, qui tuis interceſſionibus multitudinem

ſanguentium nôſti ſalvare, & omnibus ſalutare tuum glorioſum commemorantibus, te propitium exhibere: veni, & ſana nos à morbo Epidemiæ, àërisque temperiem nobis concede.

℣. Ora pro nobis *Sancte* Roche.

℟. Ut mereamur præſervari à peſte Epidemiæ.

ORATIO.

DEUS, qui per B. Rochum ſingulare nobis contra peſtem potentis tuæ dextræ præſidium promiſiſti: præſta quæſumus, ut qui ejus memoriam piâ devotione recolimus ejus quoq; intercedentibus meritis ab omni tum animæ, tum corporis; mortifera lue præſervemur. Per Dominum noſtrum JESUM Chriſtum Filium tuum qui tecum vivit & regnat in ſæcula ſæculorum Amen.

HY-

HYMNUS.
Ad
S. ROCHUM,
Confessorem.

AVe Roche Sanctissime,
Nobili natus sanguine,
Crucis signaris schemate,
Sinistro tuo latere.
Tu, qui profectus peregrè,
Pestiferâ tactos lue.
Plús quám arte Angelicâ,
Ope sanasti cœlicâ,
Numinis in præsentia.
Nostra nunc serva corpora
Et crucis per subsidia,
A peste mundum libera.

Antiph. O quàm magnificum est nomen tuum, Beate Roche, qu tuis intercessionibus multitudinem;

languentium nôsti salvare, & omnibus salutare tuum gloriosum commemorantibus, te propitium exhibere: veni, & sana nos à morbo Epidemiæ, aërisque temperiem nobis concede.

℣. Ora pro nobis *Sancte* Roche.
℟. Ut mereamur præservari à peste Epidemiæ.

ORATIO.

DEUS, qui per B. Rochum singulare nobis contra pestem potentis tuæ dextræ præsidium promisisti: præsta quæsumus, ut qui ejus memoriam piâ devotione recolimus ejus quoq; intercedentibus meritis ab omni tum animæ, tum corporis; mortifera lue præservemur. Per Dominum nostrum JESUM Christum Filium tuum qui tecum vivit & regnat in sæcula sæculorum Amen.

HY-

HYMNUS.

Ad

S. APOLLONIAM,

Virginem & Martyrem.

VIrgo Dei egregia,
Pro nobis Apollonia,
Funde preces ad Dominum,
Ut tollat omne noxium.
Ne pro reatu criminum,
Morbo vexemur dentium,
Sed ſanitate corporis,
Gratulemur, & capitis.

℣. Specie tuâ, & pulchritudine tuâ,

℟. Intende proſperè, procede & regna.

OREMUS.

DEUS, pro cujus ſanctiſſimi nominis honore, B. Apollonia V. & Martyr glorioſa, amaram & hor-

ribilem dentium excussionem sustinuit: præsta quæsumus; ut qui ejus memoriam piâ devotione frequentant, à tetro dentium dolore immunes custodias; & post hujus vitæ ærumnas ad Beatæ Patriæ gaudia perducas. Per Christum Dominum nostrum, Amen.

HYMNUS.
Ad
S. CATHARINAM,
Patronam Studiosorum.

GAude Virgo Catharina,
Quam refecit lux divina.
Ter quaternis noctibus.
Gaude, quod tuâ doctrinâ,
Philosophos à ruina.
Traxisti & erroribus.
Gaude quia meruisti,
Confortari voce Christi,
Per preces divinitus.

HYMNUS.
Ad
S. APOLLONIAM,
Virginem & Martyrem.

VIrgo Dei egregia,
Pro nobis Apollonia,
Funde preces ad Dominum,
Ut tollat omne noxium.
Ne pro reatu criminum,
Morbo vexemur dentium,
Sed sanitate corporis,
Gratulemur, & capitis.

℣. Specie tuâ, & pulchritudine tuâ,

℟. Intende prosperè, procede, & regna.

OREMUS.

DEUS, pro cujus sanctissimi nominis honore, B. Apollonia V. & Martyr gloriosa, amaram & horribi-

ribilem dentium excussionem sustinuit: præsta quæsumus; ut qui ejus memoriam piâ devotione frequentant, à tetro dentium dolore immunes custodias; & post hujus vitæ ærumnas ad Beatæ Patriæ gaudia perducas. Per Christum Dominum nostrum, Amen.

HYMNUS.
Ad
S. CATHARINAM,
Patronam Studiosorum.

GAude Virgo Catharina,
Quam refecit lux divina.
Ter quaternis noctibus.
Gaude, quod tuâ doctrinâ,
Philosophos à ruina.
Traxisti & erroribus.
Gaude quia meruisti,
Confortari voce Christi,
Per preces divinitus.

Gaude quia convertisti,
Sponsam Regis & vidisti;
Rotas fractas cœlitus.
Gaude sertis coronata,
Et in Sina venerata,
Olei stillamine.
Esto nobis advocata,
Apud DEUM Virgo grata,
In nostro certamine.
℣. Diffusa est gratia in labiis tuis,
℞. Propterea benedixit te DEUS in æternum.

ORÉMUS.

OMnipotens sempiterne DEUS, ineffabilem misericordiam tuã suppliciter deprecamur; ut sicut liquor de membris B. Virginis & Martyris tuæ Catharinæ jugiter manans, languidorum corpora sanat: sic ejus Sancta Oratio à nobis omnes iniquitates repellat: graves tenta-

tiones, & impugnationes dæmonis compescat. Omnia mala à nobis avertat, in bono confortet, certantes in agone confirmet: & feliciter ex corpore hoc mortali egressos, Tuæ Majestati in Regno cælorum præsentet. Per Dominum nostrum JESUM Christum Filium Tuum, qui vivit & regnat in sæcula sæculorum, Amen.

HYMNUS.

Ad

S. PATRONUM, MENSTRUUM.

Dive, quem cæli Dominus Patronum,
Mense præsenti mihi destinavit;
Cælitus clemens opis indigentem,
Cerne clientem.
Me precor JESU pie fac, benignæ
Virginis Matris fidei tuendum,

Urbis

Gaude quia convertisti,
Sponsam Regis & vidisti;
Rotas fractas cœlitus.
Gaude sertis coronata,
Et in Sina venerata,
Olei stillamine.
Esto nobis advocata,
Apud DEUM Virgo grata,
In nostro certamine.

℣. Diffusa est gratia in labiis tuis.
℟. Propterea benedixit te DEUS in æternum.

OREMUS.

OMnipotens sempiterne DEUS, ineffabilem misericordiam tuā suppliciter deprecamur; ut sicut liquor de membris B. Virginis & Martyris tuæ Catharinæ jugiter manans, languidorum corpora sanat: sic ejus Sancta Oratio à nobis omnes iniquitates repellat: graves tenta-

tiones, & impugnationes dæmonis compescat. Omnia mala à nobis avertat, in bono confortet, certantes in agone confirmet: & feliciter ex corpore hoc mortali egressos, Tuæ Majestati in Regno cælorum præsentet. Per Dominum nostrum JESUM Christum Filium Tuum, qui vivit & regnat in sæcula sæculorum, Amen.

HYMNUS.

Ad

S. PATRONUM, MENSTRUUM.

DIve, quem cæli Dominus Patronum,
Mense præsenti mihi destinavit;
Cælitus clemens opis indigentem,
Cerne clientem.
Me precor JESU pie fac, benignæ
Virginis Matris fidei tuendum,

Urbis

Urbis, & Divis reliquis supremæ,
Civibus offer.
Usque ad æternæ Patriæ Beatos,
Limites serva famulum, potiri
Lætus ut tandem valeam perennis
Lumine vitæ.

℣. Ora pro nobis Sancte N.
℟. Ut digni efficiamur promissionibus Christi.

OREMUS.

DEUS tuorum gloria Sanctorum præsta, quæso, ut intercessione sancti tui N. Patroni mei, libener à cunctis malis animæ & corporis, ac eodem duce comiteque securior ad vitam perveniam sempiternam, Amen.

ORA-

ORATIO.

Ad Sanctum cujus Festum colitur.

VEneror & saluto te ô Beatissime N. per dulcissimum cor JESU Christi: & ex animo tibi congratulor illum honorem, quo hodierna die assumptionis tuæ à DEO & tota cœli curia es affectus. In augmentum gaudii & gloriæ tuæ offero tibi id ipsum superdignissimum cor JESU Christi; rogans, ut Deum pro me exorare, mihique in morte mea assistere digneris Amen.

ORATIO.

Ad

OMNES SS:

O Felices Sancti DEI omnes; qui jam transistis per hujus mortalitatis pelagus, & pervenire meruistis

ad

Urbis, & Divis reliquis supremæ,
Civibus offer.
Usque ad æternæ Patriæ Beatos,
Limites serva famulum, potiri
Lætus ut tandem valeam perennis
Lumine vitæ.

℣. Ora pro nobis Sancte N.
℟. Ut digni efficiamur promissionibus Christi.

OREMUS.

DEUS tuorum gloria Sanctorum præsta, quæso, ut intercessione sancti tui N. Patroni mei, liberer à cunctis malis animæ & corporis, ac eodem duce comiteque securior ad vitam perveniam sempiternam, Amen.

ORATIO.

Ad Sanctum cujus Festum colitur.

VEneror & ſaluto te ô Beatiſſime N. per dulciſſimum cor JESU Chriſti: & ex animo tibi congratulor illum honorem, quo hodierna die aſſumptionis tuæ à DEO & tota cœli curia es affectus. In augmentum gaudii & gloriæ tuæ offero tibi id ipſum ſuperdigniſſimum cor JESU Chriſti; rogans, ut Deum pro me exorare, mihique in morte mea aſſiſtere digneris Amen.

ORATIO.

Ad

OMNES SS:

O Felices Sancti DEI omnes; qui jam tranſiſtis per hujus mortalitatis pelagus, & pervenire meruiſtis

ad

ad portum perpetuæ quietis securitatis, pacis, securi & tranquilli, semperque festivi atque gaudentes estis obsecro vos per vestram charitatem qui securi estis de vobis, solliciti estote de nobis: securi estis de vestra immarcescibili gloria, solliciti estote de nostra multiplici miseria. Per ipsum vos rogo, qui vos elegit, qui vos tales fecit, de cujus pulchritudine satiamini, de cujus immortalitate jam immortales facti estis, de cujus beatissima visione semper gaudetis. Amen.

ORATIO. DIVI THOMÆ,

Quam quotidie flexis genibus recitare solebat.

CONcede mihi misericors DEUS, quæ tibi placita sunt ardenter concupi-

concupiscere, prudenter investigare, veraciter agnoscere, & perfecte adimplere. Ad laudem, & gloriam nominis tui, ordina statum meum, & quod à me requiris ut faciam, tribue ut sciam, & da exequi sicut oportet, & expedit animæ meæ. Da mihi Domine Deus meus, inter prospera & adversa non deficere; ut in illis non extollar, in istis non deprimar: de nullo gaudeam, vel doleam, nisi quod ducat ad te vel abducat à te. Nulli placere appetam, vel displicere timeã, nisi tibi. Vilescant mihi Domine omnia transitoria, & chara mihi sint omnia tua, propter te & tu DEUS meus præter omnia. Tædeat me gaudii, quod est sine te, ne aliquid cupiam, quod est extra te. Delectet me Domine labor, qui est pro te, & tædiosa sit mihi omnis

ad portum perpetuæ quietis securitatis, pacis, securi & tranquilli, semperque festivi atque gaudentes estis obsecro vos per vestram charitatem qui securi estis de vobis, solliciti estote de nobis: securi estis de vestra immarcescibili gloria, solliciti estote de nostra multiplici miseria. Per ipsum vos rogo, qui vos elegit, qui vos tales fecit, de cujus pulchritudine satiamini, de cujus immortalitate jam immortales facti estis, de cujus beatissima visione semper gaudetis. Amen.

ORATIO. DIVI THOMÆ,

Quam quotidie flexis genibus recitare solebat.

CONcede mihi misericors DEUS, quæ tibi placita sunt ardenter

concupi-

concupiscere, prudenter investigare, veraciter agnoscere, & perfecte adimplere. Ad laudem, & gloriam nominis tui, ordina statum meum, & quod à me requiris ut faciam, tribue ut sciam, & da exequi sicut oportet, & expedit animæ meæ. Da mihi Domine Deus meus, inter prospera & adversa non deficere; ut in illis non extollar, in istis non deprimar: de nullo gaudeam, vel doleam, nisi quod ducat ad te vel abducat à te. Nulli placere appetam, vel displicere timeã, nisi tibi. Vilescant mihi Domine omnia transitoria, & chara mihi sint omnia tua, propter te & tu DEUS meus præter omnia. Tædeat me gaudii, quod est sine te, ne aliquid cupiam, quod est extra te. Delectet me Domine labor, qui est pro te, & tædiosa sit mihi omnis

quies

quies quæ est sine te. Frequenter da mihi Domine, cor ad te dirigere, & in defectione mea, cum emendationis proposito dolendo pensare. Fac me Domine DEUS obedientem sine contradictine pauperem sine murmuratione, castum sine corruptione, patientem sine abjectione, humilem sine fictione, hilarem sine dissolutione, tristem sine dejectione, maturum sine gravitate, agilem sine levitate, timentem sine desperatione, veracem sine duplicitate, operantem bona sine præsumptione, proximum corrigere sine elatione, ipsum ædificare verbo & exemplo sine simulatione. *Da* mihi Domine DEUS cor pervigil, quod nulla abducat à te curiosa cogitatio: da nobile, quod nulla deorsum trahat indigna affectio, da rectum, quod nulla deorsum obli-

quet

quet sinistra intentio : da invictum, quod nulla frangat tribulatio; da liberum quod nulla sibi vendicet perversa & violenta affectio. Largire mihi Domine DEUS meus intellectum te cognoscentem, diligentiam te quærentem, sapientiam te invenientem, conversationem tibi placentem, perseverantiam te fideliter amplectentem tuis pœnis configi per pœnitentiam, tuis beneficiis uti in via per gratiam. & tandem tuis gaudiis in Patria perfrui per gloriã: Qui cum Patre & Spiritu Sancto vivis & regnas DEUS, per omnia sæcula sæculorum, Amen.

quies quæ est sine te. Frequenter da mihi Domine, cor ad te dirigere, & in defectione mea, cum emendationis proposito dolendo pensare. Fac me Domine DEUS obedientem sine contradictine pauperem sine murmuratione, castum sine corruptione, patientem sine abjectione, humilem sine fictione, hilarem sine dissolutione, tristem sine dejectione, maturum sine gravitate, agilem sine levitate, timentem sine desperatione, veracem sine duplicitate, operantem bona sine præsumptione, proximum corrigere sine elatione, ipsum ædificare verbo & exemplo sine simulatione. *Da* mihi Domine DEUS cor pervigil, quod nulla abducat à te curiosa cogitatio: da nobile, quod nulla deorsum trahat indigna affectio, da rectum, quod nulla deorsum obliquet

quet sinistra intentio: da invictum, quod nulla frangat tribulatio; da liberum quod nulla sibi vendicet perversa & violenta affectio. Largire mihi Domine DEUS meus intellectum te cognoscentem, diligentiam te quærentem, sapientiam te invenientem, conversationem tibi placentem, perseverantiam te fideliter amplectentem tuis pœnis configi per pœnitentiam, tuis beneficiis uti in via per gratiam. & tandem tuis gaudiis in Patria perfrui per gloriã: Qui cum Patre & Spiritu Sancto vivis & regnas *DEUS*, per omnia sæcula sæculorum, Amen.

HYMNUS
Ad
S. ROCHUM,
Confessorem.

AVe Roche Sanctissime,
Nobili natus sanguine,
Crucis signatus schemate
Sinistro tuo latere.
Tu, qui profectus peregrè,
Pestiferâ tactos lue.
Plús quám arte Angelicâ,
Ope sanasti cœlicâ,
Numinis in præsentia.
Nostra nunc serva corpora
Et crucis per subsidia,
A peste mundum libera.

Antiph. O quàm magnificum est nomen tuum, Beate Roche, qui tuis intercessionibus multitudinem

languentium nôſti ſalvare, & omnibus ſalutare tuum glorioſum commemorantibus, te propitium exhibere: veni, & ſana nos à morbo Epidemiæ, àërisque temperiem nobis concede.

℣. Ora pro nobis *Sancte* Roche.

℟. Ut mereamur præſervari à peſte Epidemiæ.

ORATIO.

DEUS, qui per B. Rochum ſingulare nobis contra peſtem potentis tuæ dextræ præſidium promiſiſti: præſta quæſumus, ut qui ejus memoriam piâ devotione recolimus ejus quoq; intercedentibus meritis ab omni tum animæ, tum corporis; mortifera lue præſervemur. Per Dominum noſtrum JESUM Chriſtum Filium tuum qui tecum vivit & regnat in ſæcula ſæculorum Amen.

HY-

HYMNUS.

Ad

S. APOLLONIAM,

Virginem & Martyrem.

VIrgo Dei egregia,
Pro nobis Apollonia,
Funde preces ad Dominum,
Ut tollat omne noxium.
Ne pro reatu criminum,
Morbo vexemur dentium,
Sed ſanitate corporis,
Gratulemur, & capitis.

℣. Specie tuâ, & pulchritudine tuâ,

℟. Intende proſperè, procede, & regna.

OREMUS.

DEUS, pro cujus ſanctiſſimi nominis honore, B. Apollonia V. & Martyr glorioſa, amaram & horribi-

ribilem dentium excussionem sustinuit: præsta quæsumus; ut qui ejus memoriam piâ devotione frequentant, à tetro dentium dolore immunes custodias; & post hujus vitæ ærumnas ad Beatæ Patriæ gaudia perducas. Per Christum Dominum nostrum, Amen.

HYMNUS.
Ad
S. CATHARINAM,
Patronam Studiosorum.

GAude Virgo Catharina,
Quam refecit lux divina.
Ter quaternis noctibus.
Gaude, quod tuâ doctrinâ,
Philosophos à ruina.
Traxisti & erroribus.
Gaude quia meruisti,
Confortari voce Christi,
Per preces divinitus. Gau-

Gaude quia convertisti,
Sponsam Regis & vidisti;
Rotas fractas cœlitus.
Gaude ferris coronata,
Et in Sina venerata,
Olei stillamine.
Esto nobis advocata,
Apud DEUM Virgo grata,
In nostro certamine.
℣. Diffusa est gratia in labiis tuis;
℟. Propterea benedixit te DEUS in æternum.

O R E M U S.

OMnipotens sempiterne DEUS, ineffabilem misericordiam tuã suppliciter deprecamur; ut sicut liquor de membris B. Virginis & Martyris tuæ Catharinæ jugiter manans, languidorum corpora sanat: sic ejus Sancta Oratio à nobis omnes iniquitates repellat: graves tenta-

tiones, & impugnationes dæmonis compescat. Omnia mala à nobis avertat, in bono confortet, certantes in agone confirmet: & feliciter ex corpore hoc mortali egressos, Tuæ Majestati in Regno cælorum præsentet. Per Dominum nostrum JESUM Christum Filium Tuum, qui vivit & regnat in sæcula sæculorum, Amen.

HYMNUS.

Ad

S. PATRONUM, MENSTRUUM.

DIve, quem cæli Dominus Patronum,
Mense præsenti mihi destinavit;
Cælitus clemens opis indigentem,
Cerne clientem.
Me precor JESU pie fac, benignæ
Virginis Matris fidei tuendum,

Urbis

Urbis, & Divis reliquis supremæ,
Civibus offer.
Usque ad æternæ Patriæ Beatos,
Limites serva famulum, potiri
Lætus ut tandem valeam perennis
Lumine vitæ.

℣. Ora pro nobis Sancte N.
℟. Ut digni efficiamur promissionibus Christi.

OREMUS.

DEUS tuorum gloria Sanctorum præsta, quæso, ut intercessione sancti tui N. Patroni mei, libere à cunctis malis animæ & corporis, ac eodem duce comiteque securior ad vitam perveniam sempiternam, Amen.

ORA-

ORATIO.

Ad Sanctum cujus Festum colitur.

VEneror & saluto te ô Beatissime N. per dulcissimum cor JESU Christi: & ex animo tibi congratulor illum honorem, quo hodierna die assumptionis tuæ à DEO & tota cœli curia es affectus. In augmentum gaudii & gloriæ tuæ offero tibi id ipsum superdignissimum cor JESU Christi; rogans, ut Deum pro me exorare, mihique in morte mea assistere digneris Amen.

ORATIO.

Ad

OMNES SS:

O Felices Sancti DEI omnes; qui jam transistis per hujus mortalitatis pelagus, & pervenire meruistis

ad

ad portum perpetuæ quietis securitatis, pacis, securi & tranquilli, semperque festivi atque gaudentes estis obsecro vos per vestram charitatem qui securi estis de vobis, solliciti estote de nobis: securi estis de vestra immarcescibili gloria, solliciti estote de nostra multiplici miseria. Per ipsum vos rogo, qui vos elegit, qui vos tales fecit, de cujus pulchritudine satiamini, de cujus immortalitate jam immortales facti estis, de cujus beatissima visione semper gaudetis. Amen

ORATIO.
DIVI THOMÆ,

Quam quotidie flexis genibus recitare solebat.

COncede mihi misericors DEUS, quæ tibi placita sunt ardenter

concupi-

concupiſcere, prudenter inveſtigare, veraciter agnoſcere, & perfecte adimplere. Ad laudem, & gloriam nominis tui, ordina ſtatum meum, & quod à me requiris ut faciam, tribue ut ſciam, & da exequi ſicut oportet, & expedit animæ meæ. Da mihi Domine Deus meus, inter proſpera & adverſa non deficere; ut in illis non extollar, in iſtis non deprimar: de nullo gaudeam, vel doleam, niſi quod ducat ad te vel abducat à te. Nulli placere appetam, vel diſplicere timeã, niſi tibi. Vileſcant mihi Domine omnia tranſitoria, & chara mihi ſint omnia tua, propter te & tu DEUS meus præter omnia. Tædeat me gaudii, quod eſt ſine te, ne aliquid cupiam, quod eſt extra te. Delectet me Domine labor, qui eſt pro te, & tædioſa ſit mihi omnis

quies quæ est sine te. Frequenter da mihi Domine, cor ad te dirigere, & in defectione mea, cum emendationis proposito dolendo pensare. Fac me Domine DEUS obedientem sine contradictine pauperem sine murmuratione, castum sine corruptione, patientem sine abjectione, humilem sine fictione, hilarem sine dissolutione, tristem sine dejectione, maturum sine gravitate, agilem sine levitate, timentem sine desperatione, veracem sine duplicitate, operantem bona sine præsumptione, proximum corrigere sine elatione, ipsum ædificare verbo & exemplo sine simulatione. *Da* mihi Domine DEUS cor pervigil, quod nulla abducat à te curiosa cogitatio: da nobile, quod nulla deorsum trahat indigna affectio, da rectum, quod nulla deorsum obli-

quet

quet sinistra intentio : da invi-
ctum, quod nulla frangat tribu-
latio; da liberum quod nulla sibi
vendicet perversa & violenta affe-
ctio. Largire mihi Domine DE-
US meus intellectum te cogno-
scentem, diligentiam te quærentem,
sapientiam te invenientem, conver-
sationem tibi placentem, perseve-
rantiam te fideliter amplectentem
tuis pœnis configi per pœni-
tentiam, tuis beneficiis uti in via
per gratiam. & tandem tuis gau-
diis in Patria perfrui per gloriā: Qui
cum Patre & Spiritu Sancto vivis
& regnas DEUS, per omnia
sæcula sæculorum,
Amen.